Ordinalia, πρῶτος primus, δεύτερος, τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔνατος, δέκατος, decimus: ἑνδέκατος, δωδέκατος, τρισκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς, vicesimus: εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐνενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, cētesimus: διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς millesimus: δισχιλιοστὸς μυριοστὸς, decies millesimus, δισμυριοστός, & sic deinceps.

GRADVS COMPARATIONIS.

COmparatiuus in τερος: Superlatiuus in τατος. Quæ verò terminationes adiectiuorum admittant comparationē, & qua ratione aut litera tollatur, aut vocalis permutetur, planum est ex sequentibus exemplis, quæ in singulis terminationibus collocauimus loco præceptionum.

ος	ἔνδοξος,	ἐνδοξότερος,	ἐνδοξότατος.
	πρᾶος,	πραότερος,	πραότατος.
	σοφὸς,	σοφώτερος,	σοφώτατος.
ων	σώφρων,	σωφρονέστερος,	σωφρονέστατος.
ας	μέλας,	μελάντερος,	μελάντατος.
εις	χαρίεις,	χαριέστερος,	χαριέστατος.
ης	εὐσεβὴς,	εὐσεβέστερος,	εὐσεβέστατος.
ους	ἁπλοῦς,	ἁπλούστερος,	ἁπλούστατος.
υς	εὐρὺς,	εὐρύτερος,	εὐρύτατος.

Ex ος, præcedente longa vocali vel natura vel positione, fit οτερος & οτατος per ο: vt ἔνδοξος, πρᾶος: alioqui si præit breuis, per ωτερος & ώτατος, vt σοφός.

At κενὸς, κενότερος, κενότατος: στενὸς, στενότερος, στενότατος.

Irregulariter comparantur, ἀγαθός; comparatiuus ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείττων, λωΐων: superlatiuus, ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, & quandoque ἀγαθώτατος.

κακὸς, comparatiuus, κακίων, χείρων, χερείων: superlat. κάκιστος, χείριστος.

καλὸς, καλλίων, κάλλιστος: αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος.

ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος: ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος.

λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος: φίλος, φίλτερος, φίλτατος, per syncopen, pro φιλώτερος, φιλώτατος.

μέγας, μείζων, μέγιστος: πολὺς, πλείων, πλεῖστος.

Hæc, βαθὺς, βραδὺς, γλυκὺς, ἡδὺς, παχὺς, ταχὺς, ὠκὺς, habet ύτερος & ύτατος, vt εὐρύς: vel ίων & ιστος, βαθίων, βάθιστος. cæterùm ταχὺς etiam facit θάσσων.

μικρὸς, μικρότερος, μικρότατος: vel comparatiuus, ἐλάττων, ἥττων, μείων: superlatiuus, ἐλάχιστος.

Comparatio & ex substantiuo, κέρδος, κερδίων, κέρδιστος.

Etiam in verbis locum habet, βάλλω, βέλτερος, βέλτιστος: φέρω, φέρτερος, φέρτιστος, φέριστος, & φέρτατος.

In aduerbiis, ἄνω, ἀνώτερος, ἀνώτατος: κάτω, κατώτερος, κατώτατος: μάλα, μᾶλλον, μάλιστα: πόρρω, πορρώτερος, πορρώτατος: πέρα, περαιτέρω, περαίτατον: ἐγγὺς, ἐγγύτερος, ἐγγύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιστος: ἔξω, ἐξώτερος, ἐξώτατος.

In participio, ἐρρωμένος, ἐρρωμενέστερος, ἐρρωμενέστατος.

In præpositionibus, ὑπὲρ, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος: πρὸ, πρότερος, πρότατος: & eliso τ, factaque crasi, πρόατος, πρῶτος.

VERBALIA

PRoficiscuntur à personis perfecti passiui, ablato augmento.

A prima persona fiunt finita in μα & μος, πέπραγμαι, τὸ πρᾶγμα: ἔψαλμαι, ὁ ψαλμός.

A secunda ις, λέλεξαι, ἡ λέξις: & ια, sed ferè cum α, εὐ, δυς, κέκρισαι, ἀκρισία: τέταξαι, εὐταξία: πέπραξαι, δυσπραξία.

A tertia της, τος, τηρ, τηριον, τρον: πεποίηται, ὁ ποιητής: ἤκουσται, ὁ ἀκουστός: κεχάρακται, ὁ χαρακτήρ: πέποται, τὸ ποτήριον: δέδιδακται,

Universidad de Deusto Biblioteca

τὸ διδακτέον. Et ab hac persona formatur illa in τέον, quæ tantùm gerundia sunt, γέγραπται, γραπτέον, scribendum est. Quòd si tribus generibus varientur, veluti gerundiua fuerint, ὁ γραπτέος, ἡ γραπτέα, τὸ γραπτέον, scribendus, da, dum.

HETEROCLITA.

Singulariter masculina sunt, δεσμὸς, ἐρετμὸς, ζυγὸς, κύκλος, λύχνος, μοχλὸς, νῶτος, σταθμὸς, τάρταρος: pluraliter neutra, δεσμά, &c. reperimus tamen etiam κύκλους, λύχνους.

Sic fœminina, δίφρος, κέλευθος: & commune, ὁ ἡ τάρταρος: pluralia, δίφρα, κέλευθα, τάρταρα.

Hæc fœminina, ἡ γυναῖξ, ὁδὸς, πόλις, χεὶρ, in nominatiuo & accusatiuo dualis numeri sunt generis masculini, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

Declinatione variant, δάρης, κόμης, μύκης: τοῦ δάρου & δάρητος, &c. ὁ ἄρης, τοῦ ἄρου, ἄρητος vel ἄρεος.

Propria nomina primæ circunflexorum habent interdum casus parisyllabicos, ὁ ἀριστοφάνης εος, τὸν ἀριστοφάνην: & οἱ ἀριστοφάναι, τοὺς ἀριστοφάνας. Sic composita ab ἔτος, ὁ ἑπταέτης εος, οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας.

Quædam in ως quartæ vel quintæ, ἥρως, μίνως: τοῦ ωος, aut τοῦ ω. sic γέλως, ἔρως: τοῦ ωτος, vel τοῦ ω.

Etiam ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ: vel ὁ νοῦς, τοῦ νοὸς, vt βοῦς βοός.

Composita à ποὺς habent οδος vel ου, δίπους δίποδος, δίπου. sic τρίπους, ἑπτάπους, οἰδίπους, quod & οἰδιπόδης οἰδιπόδου. Sæpè nanque à genitiuo imparisyllabico formatur nominatiuus, qui declinatur parisyllabicè, ὁ ἑπτάπους, τοῦ ἑπτάποδος, vnde ὁ ἑπταπόδης ἑπταπόδου: ὁ μάρτυρ μάρτυρος, & ὁ μάρτυρος μαρτύρου: ψίθυρ ψίθυρος, ὁ ψίθυρος ψιθύρου.

Et alioqui diuersus est nominatiuus, ὁ μάκαρ μάκαρος, vel μάκαρς μάκαρτος, vel μακάριος μακαρίου: & alia quoque, τὸ δάκρυ δάκρυος, & τὸ δάκρυον τοῦ δακρύου.

ὁ μωσῆς, τοῦ μωσοῦ: ὁ μωσεὺς, τοῦ μωσέος: quod etiam per υ scribitur, μωϋσῆς, μωϋσεύς.

τὸ γόνυ, τοῦ γόνυος, & metathesi γουνὸς, & τὸ γόνας γόνατος: τὸ δόρυ, δόρυος & δουρὸς: & τὸ δόρας δόρατος: vel δοῦρας δούρατος: etiam δόρος δόρεος, & crasi δόρους.

Genitiuus quoque interdum varius est eiusdem nominatiui, ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, & poeticè χερός: vnde receptus datiuus pluralis ταῖς χερσὶ, & genitiuus dualis ταῖν χεροῖν. λύγξ λυγγὸς singultus, λύγξ λυγκὸς lynx.

Quandoque diuersa nomina eiusdem rei, sed casus partim sumuntur ab vno, partim ab alio: vt ὁ γυναιξ inusitatum, pro quo ἡ γυνὴ, τῆς γυναικὸς, τῇ γυναικὶ, τὴν γυναῖκα, ὦ γύναι, sine ξ: vt quandoque ὦ ἄνα ab ἄναξ. τὸ γάλα, τοῦ γάλακτος ab inusitato γάλαξ. nam tria, ἄναξ, νὺξ, & γάλαξ, genitiuum habent in κος, sed adest pleonasmus literæ τ, ἄνακτος, νυκτὸς, γάλακτος.

ὁ ζεὺς, τοῦ διὸς, τῷ διῒ, τὸν δία, ὦ ζεῦ.

τὸ ὕδωρ, ὕδατος, ab ὕδας: etiam τὸ ὕδος, ὕδεος.

ὁ πολὺς, τὸν πολύν: & neutrum τὸ πολύ: reliquos omnes casus in quouis genere ac numero sumit ab inusitato nominatiuo πολλὸς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ: ἡ πολλὴ, τῆς πολλῆς, τῇ πολλῇ. & sic deinceps.

ὁ μέγας, τὸν μέγαν, & neutrum τὸ μέγα. cætera omnia per tria genera & totidem numeros accipiuntur ab inusitato nomine μεγάλος, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ: ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης: & reliqua.

Neutra quædam in αρ genitiuum habent in ατος, ab inusitatis nominibus in ας, τὸ ἧπαρ ἥπατος, ab ἥπας. sic ἦμαρ, εἶδαρ, φρέαρ, στέαρ, δέλεαρ, ὄνειαρ.

INVESTIGATIO THEMATIS.

VLTRA imperfectum non coniugantur finita in ανω, εινω, ειω, αθω, εθω, υθω, ξω, σκω, χθω, λδω, νδω, & alia item plurima vel hoc vel illo tempore carent. Sed quia variant crebrò eiusdem verbi themata, vt κύω, κυέω: οἴομαι, οἰέομαι: θνήσκω, θείνω, θνέω, θνάω, τέθνημι: aut à diuersis omnino pendet formatio receptorum temporum, vt φέρω, οἴω, ἐνέγκω, ἐνέχω: ideo huiusmodi tempora referemus ad thema proprium licet inusitatum, vnde regulariter deduci queant. Φέρω in vsu habetur: non tria reliqua; tamen futurum οἴσω ab οἴω. Aoristi ἤνεγκα & ἤνεγκον ab ἐνέγκω. Præteritum medium Atticum ἐνήνοχα ab ἐνέχω, & ita in cæteris. quæ verò themata versentur in vsu, docebit lectio.

A

ἄγνυμι, Præteritum medium ἦγα sumit ab ἄγω, & ἔαγα pro ἦγα, solutione η in εα. Aoristus primus ἦξα & ἔαξα. Aoristus secundus passiuus, ἤγην & ἐάγην. Sic in composito, κατέαγα, κατέαξα, κατεάγην.

Desinentium in γνυω aut γνυμι, tempora formabis à finitis in γω, ἄγνυμι tanquam ἄγω: sic ζεύγνυμι, μιγνύω, μοργνύω, πηγνύω, ῥηγνύω.

ἄγω, Futurum ἄξω. Præteritũ ἦχα, & Atticè ἄγηχα, pleonasmo ἀγήοχα. Aoristus secundus ἦγον, & pleonasmo syllabæ ἤγαγον: vnde ἄγαγε, ἀγάγοιμι, ἐὰν ἀγάγω, ἀγαγεῖν. Participium, ἀγαγών. Imperatiuus autem ἄξε, ἄξετε, præsentis est temporis. Nam quorundam futura pro præsenti vsurpantur, vt ab ἄγω, δύω, οἴω, ὄρω, Futura, ἄξω, δύσω, οἴσω, & ὄρσω Æolicè, pro ὀρῶ, & vsque ad imperfectum solum coniugantur: itaque δύσω, Imperfectum ἔδυσον, Imperfectum medium, ἐδυσόμην. Οἴσω, Imperfectum οἶσον, Imperatiuus οἶσε, οἰσέτω. Ὄρσω, Passiuum ὄρσομαι. Imperfectũ, ὠρσόμην, ὤρσου, & Ionicè ὤρσεο: & Imperatiuus, ὄρσεο. Sic ἄξω, Imperatiuus, ἄξε, ἀξέτω.

ἅδω, Præteritum medium ἧδα, & solutione ἕαδα. Participiũ, ἑαδώς, vt ἑάγην pro ἤγην: ἑάλων pro ἥλων, & similia.

αἰσθάνομαι, Futurum medium αἰσθήσομαι. Præteritum passiuum, ἤσθημαι. Infinitiuus, ἠσθῆσθαι. Aoristus secundus medius, ἠσθόμην, ab αἰσθέομαι.

Ex ανω & ανομαι deduces tempora, vt ex εω & εομαι, ἁμαρτάνω, vt ἁμαρτέω: sic ἀπεχθάνομαι, αὐξάνω, βλαστάνω, καταδαρθάνω, vt ἀπεχθέομαι, αὐξέω, &c.

ἁλίσκομαι, Futurum ἁλώσομαι. Præteritum, ἥλωκα & ἑάλωκα. passiuum, ἑάλωμαι: vnde verbalia, ἅλωσις, ἁλωτὸς, ab ἁλόω. Aoristus secundus, ἥλων, ἑάλων. Infinitiuus, ἁλῶναι. Participiũ ἁλοὺς ἁλόντος, ab ἅλωμι: quæ sunt omnia vocis actiuæ, sed significationis passiuæ: id quod frequentissimum est in compositis verbi ἵστημι, vt καθεστῶτος, constituta.

Compositum ἀναλίσκω valde variat in augmento præteriti: dicitur enim ἀνάλωκα sine augmento, & ἀνάλωται: etiam ἀνήλωκα, ἠνάλωκα: ἠνήλωται, ἠνάλωται. Atque hæc incrementorum diuersitas in multis præterea contingit. ἐγγυάομαι Imperfectum ἠγγυᾶτο. Perfectum, ἐγγεγύηκε. ἐνεχυράζομαι. Perfectum, ἐνεχυρασμένον & ἠνεχυρασμένον, quod tamen fieri possit ab ἐνεχυράζομαι: vtrunque enim inuenitur. ἐγγυάω, ἐνεγγύησε, ἐνεγγυησάμην, ἠγγύησε: sed ἐγγυᾶτο & παρεγγύησε sine augmẽto. βλακεύομαι, ἐβλάκευμαι & βεβλάκευμαι. & cõposita à λέγω, per λε aut ει, συνειλεγμένοι & συλλελεγμένοι. διαιτάω, δεδιῃτημένος, vt ἠνώχλησε per duplex augmentum: ἀμπέχομαι, ἠμπεχόμην. ἠνείχετο & ἠνέσχετο. παροινέω, πεπαρῴνηται. ἐπιδημῶ, ἐπιδεδήμηκα. ἐπιορκῶ, ἐπιώρκηκα. ἐπιστατῶ, ἐπεστάτηκα. ἐμπολῶ, ἐμπεπόληκα & ἠμπόλησε. κτάομαι, κέκτημαι & ἔκτημαι. & plurima item alia generales canones augmenti non exactè seruauerunt, de quibus copiosè Budæus in Commentariis linguæ Græcæ.

ἀμφιέννυμι & ἀμφιέμαι, futurum, ἀμφιέσω. præterit. pass. ἠμφίεσμαι ab ἀμφιέω. siquidem ννυω & ννυμι habenda sunt vt ω, quæcunque præcedat vocalis: ζωννύω, κρεμαννύω, κορεννύω, πεταννύω, ῥώννυμι, στρώννυμι, σβεννύω, χωννύω, tanquam ζόω, &c.

ἀνοίγω, Futurum, ἀνοίξω, Aoristus primus Atticè ἀνέῳξα. Præteritum medium, ἀνέῳγα. Præteritum passiuum, ἀνέῳγμαι. Participium, ἀνεῳγμένος. Aoristus primus passiuus, ἀνεῴχθην.

ἀνώγηθι, ἄνωχθι ab ἄνωγμι, & migrat γ in χ propter θ sequens, vt νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην. sic κεκράγηθι, κέκραχθι à κεκράγομαι: ὠνησάμην, ὠνάμην. nam Aoristus primus medius facilè admittit hanc figuram per omnes modos & participia, ὠνησαίμην, ὠναίμην: εὑρησάμην, εὑράμην, εὑράμενος: ἐπριασάμην, ἐπριάμην, secũda persona ἐπρίασο, Ionicè ἐπρίαο, & crasi ἐπρίω. & Imperat. πρίω eme, vt ἵσω pro ἴσασο: γενήσατο, γένατο Ionicum pro ἐγένατο. & Optatiui plurales in ημεν, φαίημεν, φαῖμεν, φαῖεν, de quibus suprà, vt δοίημεν, δοῖμεν, δοῖεν: & tertia pluralis in aoristis passiuis, ἠγάρθησαν, ἤγαρθεν: ἐκοσμήθησαν, ἐκόσμηθεν. iam illa, δεδέμηκα δέδμηκα, τετέμηκα τέτμηκα, κεκάμηκα κέκμηκα, & consimilia præter hæc, ἤειμεν ἦμεν, ἐπεξῆμεν, προσῄειτε ἦτε, ἐξῆτε: ἤαμεν ἦμεν, ἀπῆμεν: ἀνήκαμεν, ἀνῆμεν: etiam ista ἤδειμεν ἦσμεν, ἤδειτε ἦστε, ἤδεισαν ἦσαν, eliso ει, & mutato δ in σ: vt contrà ἴδμεν pro ἴσμεν, ἔστησαν, ἔσταν. ἔστασαν per ε, ab ἑστήκεισαν: at ἔστασαν per ε, pro ἔστησαν: vt ἀνάβαθι pro ἀνάβηθι, α pro η, ἑστήκατε, ἕστατε, ἀφέστατε: ἐλέομεν ἐλοῦμεν, ἐοίκαμεν ἔοιγμεν, δεδοίκαμεν δέδοιγμεν. sed de syncope satis multa sunt enumerata.

ἀπέσκληκα, ἀπεσκληκώς, ἀπεσκληκέναι perfecta sunt ab inusitato ἀποσκλάω, Optatiuus ἀποσκλαίη ab ἀπόσκλημι.

ἀπολλύω & ἀπόλλυμι, Futurum ἀπολῶ. Præteritũ medium Atticum ἀπόλωλα, ab ἀπόλλω. Futurum ἀπολέσω. Præteritũ ἀπώλεκα, ἀπολώλεκα ab ἀπολέω.

ἀπόχρη, Imperfectum ἀπέχρη, Futurum ἀποχρήσει. Aoristus primus ἀπέχρησε ab ἀποχρέω. Vide χρή.

ἀρέσκω, Futurum ἀρέσω ab ἀρέω: nam σκω & σκομαι tanquã ω & ομαι, βρώσκω, γηράσκω, ἱλάσκομαι, vt βρόω, γηράω, ἱλάομαι.

αὔξω, Futurum αὐξήσω ab αὐξέω. Innumera barytona facta sunt à circunflexis, temporaque fiunt à circunflexis, ἀλέξω, ἄχθομαι, βούλομαι, θέλω, μάχομαι, μέλομαι, μένω, οἴχομαι, οἴομαι, ὀφείλω, tanquam ἀλεξέω ἀλεξῶ, ἀχθέομαι ἀχθοῦμαι, &c.

ἀφίει Imperfectũ à circunflexo, pro ἀφίη ab ἀφίημι: vt ἐτίθει pro ἐτίθη, suprà. Atticè augetur ἀφίει, ἠφίει, vt ἠφείθη ab ἀφείθη.

ἄφυκτος à φεύγω, tertia persona præteriti passiui πέφευκται, verbale φευκτὸς, vnde ἄφευκτος, & ablata præpositiua, ἄφυκτος, vt τέτυκται pro τέτευκται, à τεύχω.

B

Βαίνω, Futurum βήσομαι à βάω. Aoristus secũdus, ἔβην à βῆμι. sic καταβαίνω, κατέβην Imperat. κατάβαθι, vt ἀνάβαθι, per α Atticè, pro κατάβηθι, ἀνάβηθι, vt etiam φάθι & σύμφαθι: per apocopen autem κατάβα ἀνάβα, vt ἀνάστα pro ἀνάστηθι.

βάλλω, Perfectũ βέβληκα a βλέω: vt ἀπέσκληκα non à simplici σκέλλω, sed σκλάω.

βιόω, Futur. βιώσομαι: tertia præteriti pass. βεβίωται tanquam impersonale: & participiũ βεβιωμένα. Aoristus secundus ἐβίων. Imperat. βίωθι, βιώτω. Optatiuus βιοίην vt δοίην, vnde βιῴην vt δῴην. Infinitiuus βιῶναι. Participium βιοὺς βιόντος, à βίωμι.

Γ

Γαμέω, Futurum γαμήσω. Aoristus primus ἔγημα à γάμω. Præsens, γαμησείω nupturio. nam quædam in σειω appetentiã actus significant, ac partim fiunt à futuro, πολεμήσω, πολεμησείω bellaturio, ὄψω, ὀψείω cernere cupio, βρώσω, βρωσείω esurio: partim à præsenti, κρατῶ κρατείω, κιχῶ κιχείω, τελῶ τελείω, & alia consimili ratione.

γίνομαι & γίγνομαι, Futurum γενήσομαι. Præteritum γεγένημαι. Aoristus primus med. ἐγενησάμην. secundus ἐγενόμην à γενάομαι. Præteritum med. γέγονα à γείνω. Aoristus primus medius ἐγεινάμην. Futurum primum med. γενοῦμαι à γείνομαι. Dicitur etiam γεννάω per geminum νν, vnde Aoristus primus ἐγέννησα, medius ἐγεννησάμην. tertia persona ἐγεννήσατο, syncope ἐγένατο, pro qua γένατο, more Ionum, qui augmenta respuunt: vt etiam γείνατο pro ἐγείνατο ab ἐγεινάμην.

γινώσκω, Futurum γνώσομαι. Præteritum ἔγνωκα à γνόω. Aoristus secundus ἔγνων. Imperatiuus γνῶθι. Infinit. γνῶναι. Participium γνοὺς à γνῶμι. sic ἀναγινώσκω, ἀνέγνωκα, ἀνέγνων, &c.

γρηγορέω, Præterit. med. ἐγρήγορα, vnde præsens ἐγρηγορέω.

Δ

Δάκνω, Futurum δήξω, Aoristus secundus ἔδακον à δήκω.

δεῖ oportet, Infinitiuus δεῖν, vtrunque à δέω. Futurũ δεήσει. Aoristus primus ἐδέησε à δέω. Sunt autem impersonalia vocis actiuæ tertiæ personæ.

δείδω, Præteritum δέδεικα: medium δέδοικα, pro δέδοιδα, euphoniæ gratia: at Ionicè, δέδια, tollendo consonantem, & corripiendo penultimam. Imperatiuus δέδιθι, time. nam δειδίττομαι, Futur. δειδίξομαι. Aoristus secũdus pass. ἐδειδίγην. Imperatiuus δειδίχθι, syncope δέδιθι: pro quo etiam δείδιθι, à δειδίττομαι. crebrò enim additur subiunctiua vt fiat diphthongus: vt contrà altera è diphthongo tollitur, εἷμα εἵματος, ἱμάτιον. Syncope verò in multis locum habet.

δεικνύω & δείκνυμι, Futurũ δείξω. Aoristus ἔδειξα, à δείκω. sic ἀποδείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, ὑποδείκνυμι.

δέομαι, Futurum δεήσομαι. Præteritũ δεδέημαι. Aoristus primus ἐδεήθην, à δέομαι.

δέω, Futurum δέσω & δήσω. Præteritum passiuum δέδεμαι. Aoristus primus ἐδέθην.

διδάσκω, Futurum διδάξω. Aoristus ἐδίδαξα à διδάχω.

διδράσκω, Futurum διδράσω à διδράω. sic ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω. Aoristus primus διέδραν, ἀπέδραν, fugi: pro διέδρην, ἀπέδρην, ab ἀπόδρημι, διάδρημι. sed α pro η, vt ἔστασαν pro ἔστησαν. Participium ἀποδρὰς ἀποδράντος. at ἀπέδραν, διέδραν, fugerunt, syncope, pro ἀπέδρησαν, διέδρησαν. Infinit. δρᾶναι, præsens.

E

Ἐγᾦδα, pro ἐγὼ οἶδα: vt ἐγᾦμαι pro ἐγὼ οἶμαι, per crasim.

ἔδω, Præteritum Atticũ ἔδηκα, & pleonasmo ἐδήδοκα. Præteritum medium ἔδηδα. Futurum secundum medium ἔδομαι pro ἐδοῦμαι, vt φάγομαι, πίομαι.

εἴδω, Futurũ εἴσομαι, vel ἴσομαι remoto ε. Præterit. med. οἶδα. sed Futurũ εἰδήσω, ab εἰδέω. Præterit. εἴδηκα. Plus quã perfectũ εἰδήκειν, syncope εἴδα, εἴδειν. Infinit. εἰδέναι. Participium εἰδώς. Plus quã perf. εἴδειν, Atticè ᾔδειν, ει in η. Aoristus II. εἶδον, poeticè ἴδον sine ε: id quod in reliquis perdurat, ἴδε, ἴδοιμι, ἐὰν ἴδω, ἰδεῖν. Participium ἰδών. Optatiui præsens εἰδείην ab εἴδημι.

εἶπον pro εἶπε, Aoristus secundus Syracusio more, ον pro ε. At εἶπον, εἰπάτω, primus, vt τύψον.

ἐκέκραξα, Aoristus primus à κεκράγω. quandoque præteritum fit præsens: à κράζω Præteritum medium κέκραγα, inde κεκράγω. Futurum κεκράξω. Aoristus ἐκέκραξα.

ἔρομαι, Futurum ἐρήσομαι ab ἐρέομαι. Aoristus secundus medius ἠρόμην. nam εἰρόμην fit ab εἴρομαι.

εὑρίσκω, Futurum εὑρήσω ab εὑρέω. Aoristus primus passiuus εὑρέθην.

ἔχω, Futurum ἕξω, per ε aspiratum. Præteritum ἔσχηκα. Aoristus secũdus ἔσχον à σχέω. Imperat. σχές, ἐπίσχες, πρόσχες, à σχῆμι, vt στές à στῆμι, φρές à φρῆμι, ad morẽ θές a τίθημι. Aoristus secundus med. ἐσχόμην, ἀνεσχόμην, Imperat. σχοῦ, ἀπόσχου. at ἰσχόμην ab ἴσχω. Verbale ἄσχετος, à σχῆμι. Præterit. pass. ἔσχημαι, tertia persona ἔσχηται, σχετὸς, ἄσχετος: sic verbale σχέσις ab eodem. Aoristus primus passiuus ἐσχέθην similiter ab ἔσχεται. sic illi Aoristi quos notauimus suprà, εὑρέθην, ἠρέθην, ἐπῃνέθην, ἐρρέθην, regulariter deduci possunt à passiuo perfecto verborum in μι. In summa verbalia quæ longam habent vocalem, proficiscuntur à circũflexorum præterito: contrà quæ breuem, à verbo in μι. nam huius præteritum passiuum penultimam breuiat, vt σχῆμα ab ἔσχημαι, σχέσις ab ἔσχεμαι, ἅλωσις, ἁλωτὸς ab ἥλωμαι, δόσις à δέδομαι, & ita in cæteris.

ἕω induo vel sedeo, augetur per ει. Præterit. passiuum εἷμαι. Plus quàm perfect. εἵμην. Participium εἱμένος. Aoristus primus εἷσα. Participium ἕσας. Verbale εἷμα, εἵματος augmentum seruat, vnde ἱμάτιον ablato ε: sic ἰστέον ab εἴδω, ἰτέον ab εἶμι.

H

ἦν δ' ἐγὼ, inquam autem ego: ἦ δ' ὃς, inquit autem ille, dicta sunt per aphæresim à φημὶ, pro quo ἠμί: ἔφην ἔφης ἔφη, & φῆν φῆς φῆ, vnde ἦν ἦς ἦ.

ἦσθα pro ἦς, vide suprà.

ἥσθην lætatus sum: & Optat. ἡσθείην, Aoristus I. ab ἥδομαι.

Θ

Θάπτω, Futurum θάψω, Aoristus primus ἔθαψα. Aoristus secundus passiuus ἐτάφην, à τάφω.

θέλω vel ἐθέλω tempora sumit à θελέω vel ἐθελέω. Sunt autem plurima tum verba tum nomina διττολογούμενα, hoc est, quæ dupliciter dici possunt, ὀρὸς & ὀῤῥὸς, ἄτρεφος ἀτροφὴς, σταφὶς ἀσταφὶς, μικρὸς σμικρὸς, σπαίρω ἀσπαίρω, εὐθηνῶ εὐθενῶ, θρυλῶ θρυλλῶ, ναυαγῶ ναυηγῶ, στήκω ἑστήκω, ἀλινδοῦμαι καλινδοῦμαι. Multa præterea sunt vel barytona vel circũflexa, ῥίπτω ῥιπτέω, κύω κυέω, ἕλκω ἑλκέω, εἴδω εἰδέω, δόκω vnde δόξω, & δοκέω: τεύχω & τευχέω, vnde τετευχωμένος. Alia & barytona & circunflexa & in μι, εἴδω, εἰδέω, εἴδημι. Alia in diuersis coniugationibus, δυνάω δυνάζω: quorum omnium varietas legendis auctoribus est obseruanda.

θνήσκω, Futurum θανοῦμαι. Aoristus secũdus ἔθανον à θείνω. Præteritum τέθνηκα à θνάω, & Ionicè τέθναα, vt βέβηκα βέβαα. Imperatiuus τέθναθι. Optatiuus τεθναίην. Infinitiuus τεθνάναι. Participium τεθνὰς à τέθνημι præsenti, quod reduplicatur per ε, vnde fit τεθνᾶσι tertia pluralis, vt ἱστᾶσι: quanquam potest τεθνᾶσι Præteritum esse pro τεθνάασι, per crasim, vt etiam Infinitiuus τεθνᾶναι per ᾶ circunflexum, pro τεθναέναι. Participium autem τεθνεὼς à θνέω τέθνημι. Præteritum

Bœoti-

Universidad de Deusto Biblioteca

Bœoticum τέθνεικα per ει, & Ionicè τεθνεῶτα, τεθνεῶς, & ablato ω τεθνεὼς, pro quo poetæ τεθνηώς.

I

Ἴδμεν pro ἴσμεν, scimus, more Dorico, vt ὀσμὴ, ὀδμή.

ἱκνοῦμαι, Futurum ἵξομαι. Aoristus secundus medius ἱκόμην ab ἵκομαι. sic ἀφικνοῦμαι, Præteritum passiuum ἀφῖγμαι. Aoristus secundus medius ἀφικόμην.

ἵπταμαι, Futurum πτήσομαι. Aoristus secūdus ἔπτην, medius ἐπτάμην. Participium πτάμενος, ἀποπτάμενος. Infinitiuus πτάσθαι, & α verso in ε, dicitur πτέσθαι, ἐπιπτέσθαι. Quāquam sunt quædā vel primæ vel secundæ coniugationis, vt τέθνημι à θνέω vel θνάω: ita fuerit πτάσθαι à πτάω, ἵπτημι: at πτέσθαι à πτέω, ἵπτημι. sic composita ἀφίπταμαι, καθίπταμαι. Præteritum passiuū πέπταμαι vel ab ἵπτημι vel à πτῆμι. multa enim nūc reduplicatione sunt affecta, nunc carent: πτῆμι ἵπτημι, τλῆμι τέτλημι, & consimilia.

ἰστέον, sciendum, ab εἴδω. Præteritum passiuū εἶσμαι εἶσαι εἶσται, verbale εἰστέον: at ἰστέον dicitur reiecto ε, vt ἱμάτιον sine diphthongo, quum tamen fiat ab εἷμα εἵματος.

ἰτέον, & pleonasmo ἰτητέον, ab εἶμι, vado, Præteritū actiuum esset εἶκα, passiuū εἶμαι εἶσαι εἶται, vnde εἰτέον, & ε sublato ἰτέον, vt fit in ἰστέον & ἰσός: cōtrà fit in θέμα, θέσις, ἄφεσις, & huiusmodi: siquidem factū est θέμα à Præterito passiuo τέθειμαι, vnde regulariter deduceretur θεῖμα, sed dicitur θέμα, reiecta subiunctiua. Aut habenda ratio est legitimi præteriti, neglectis Bœotis: quo modo diceremus τίθημι, Perfectum τέθηκα, Passiuum τέθεμαι, corripiendo penultimā, vnde θέμα, θέσις: & ἵημι, Perfectū ἧκα, passiuū ἕμαι, ἄφεμαι, vnde ἄφεσις, & ita in cæteris.

K

Καθέζομαι, Futurum secūdum medium καθεδοῦμαι: cur autem per δ scribatur, dictum est suprà.

κάθημαι, Futurum καθήσομαι: de hoc suprà.

Λ

Λαγχάνω, λαμβάνω, λανθάνω & μανθάνω tempora sumunt à λήχω, λήβω, λήθω, & μαθέω.

O

Οἴομαι, & syncope οἶμαι, Imperfectum ᾤμην. Futurum οἰήσομαι. Aoristus ᾠήθην ab οἰέομαι.

οἶδα ab εἴδω, Præteritū med. οἶδα: secunda persona οἶδας, & Æolicè οἴδασθα, deinde per syncopen οἶσθα. Est autem pleonasmus θα familiaris personæ in σ, εἶσθα, ἦσθα, παρῆσθα, ἔφησθα, ἐπέζησθα, πίησθα, ᾔδεισθα vel ᾔδησθα per η.

οἷός τε pro οἷος, vt ἐφ᾽ ᾧτε, pro ἐφ᾽ ᾧ. nam Ionicè abundat particula τε.

ὀμνύω & ὄμνυμι, Futurum ὀμόσω ab ὀμόω. Præteritum Atticum ὀμώμοκα.

οὐθὲν pro οὐδὲν Doricum est, vt ἐξουθενῶ pro ἐξουδενῶ.

ὀφείλω, Futurum ὀφειλήσω ab ὀφειλέω, syncope autem ὀφλέω, Futurum ὀφλήσω. Præteritum ὤφληκα. Aoristus primus, ὤφλησα. Aoristus secundus, ὦφλον.

Π

Πάσχω, Futurum πείσομαι, patiar, pro πήσομαι, η in ει, à πήθω: at πείσομαι, parebo aut credam, à πείθομαι. Aoristus secundus ἔπαθον à πήθω. Præteritum mediū πέπονθα à πονέω, vnde præterit. actiuum πεπόνηκα, medium πέπονα, & pleonasmo literæ θ, πέπονθα: participium πεπονθὼς πεπονθότος.

A πείθω Præteritum med. πέποιθα, vnde circunflexum πεποιθέω, θῶ, à quo verbale πεποίθησις.

πίνω, Futurum πώσω. Præteritum πέπωκα à πόω. Aoristus secundus ἔπιον à πίω. Imperatiuus πίθι. nam legitimum πίε asciscit pleonasmum syllabæ θι, πίεθι, deinde crasi ιε in ι longum, fit πῖθι. Futurum secundum medium, πίομαι pro πιοῦμαι, vt φάγομαι & ἔδομαι.

πίπτω, Futurum πεσοῦμαι Doricè vsitatum est pro πέσομαι à πέτω. Dores enim futura circunflectunt in omni coniugatione, pro πέσω dicentes πεσῶ, vnde futurum med. πεσοῦμαι. Præteritum πέπτωκα à πτόω. Aoristus primus ἐπέσησα. Aoristus secundus ἔπεσον à πεσέω: at ἔπεσαν tertia pluralis est aoristi primi, pro ἐπέσησαν, per syncopen, vt ἔστησαν ἔσταν.

πράττω facio, Futurū πράξω. Præterit. πέπραχα. sed πράττω vendo, Futurum πράσω, Præteritū πέπρακα. Sunt verò in quarta cōiugatione quæ eadē significatione, tamē duplex habēt futurū, ἁρπάζω, βαστάζω, νυστάζω, παίζω, σαλπίζω, ξω & σω.

πυνθάνομαι, Futurum πεύσομαι. Aoristus secūdus medius ἐπυθόμην à πύθομαι. Præteritū pass. πέπυσμαι pro πέπευσμαι, vt etiam ἄφυκτος pro ἄφευκτος, elidendo ε ex diphthongo.

P

Ῥέω, Futurum ῥεύσω, & ῥυήσω à ῥυέω: Præteritū ἐρρύηκα. Aoristus secundus actiuus ἐρρύην à ῥύημι: aut secundus passiuus à ῥυέω, etiamsi ῥυῶ circunflexum desinit in ω purum. Composita sunt ἐπιρρέω, διαρρέω per geminum ρρ. nam vt ε augmentū syllabicum duplicat ρ, ita & præpositio finita in vocalē, ῥῆγμα, ἐπίρρηγμα: ῥήγνυμι, καταρρήγνυμι: ῥῆξαι, περιρρῆξαι. proinde καταρράκτης fit à verbo ῥάσσω, καταρράσσω: sed καταράκτης (nā vtrunque inuenitur) venit ab ἀράσσω, καταράσσω per vnū ρ, pro quo & ἀρράσσω dicitur, vnde συναρράσσω: nam συρράσσω à ῥάσσω.

ῥηγνύω & ῥήγνυμι, Futurum ῥήξω à ῥήγω. Aoristus secundus pass. ἐρράγην. Præteritum medium ἔρρωγα pro ἔρρηγα: siquidem hoc verbum pro η capit sæpè ω: sic διέρρωγα, διερρωγὼς, vt etiam dicitur ἀρωγὸς pro ἀρηγός.

ῥωννύω & ῥώννυμι, Futurum ῥώσω à ῥώω, Præteritū actiuum ἔρρωκα, passiuum ἔρρωμαι, Plus quàm perfect. ἐρρώμην. Imperatiuus ἔρρωσο, ἐρρώσθω. Infinitiuus ἐρρῶσθαι.

Σ

Σβεννύω, σβέννυμι, Futurum σβέσω, & σβήσομαι à σβέω. Aoristus secundus ἔσβην à σβῆμι: aut est aoristus secundus passiu[us] à σβέω. secundus aoristus actiuus ἔσβον, Passiuus ἐσβην.

σεύω, Aoristus primus ἔσευα per α purum. Aoristus passiuus ἐσύθην pro ἐσεύθην.

σπένδω, Futurum σπείσω à σπείδω. quandoque Æolicè pro subiunctiua vocali consonans. σπείρω σπέρρω, γείνατο γένατο.

συνίημι, intelligo, Aoristus primus συνῆκα, & Atticè ἐσυνῆκα, per geminū augmentum, vt ἠνώχλουν, & similia. Aoristus secundus συνῆν. Imperat. συνές. Participiū συνείς: Atticè autē ξυνίημι, ξυνῆκα, ξυνῆν, ξύνες, ξυνείς: vt plæraque alia cōmuniter per συν efferuntur, Atticè per ξυν, σύνοικος, ξύνοικος.

συρρήγνυσθαι compositum à συν & ῥήγνυσθαι. Quomodo verò se habeat συν in compositis, docere possunt subiecta exempla, βαίνω συμβαίνω, γράφω συγγράφω, ζάω συζάω, κάμνω συγκάμνω, λέγω συλλέγω, μανθάνω συμμανθάνω, παίζω συμπαίζω, ῥέω συρρέω, σείω συσσείω, στέλλω συστέλλω, φημὶ σύμφημι, χέω συγχέω, ψηφίζω συμψηφίζω. Idem iudiciū de mutatione ν in præpositione ἐν, βαίνω ἐμβαίνω, γράφω ἐγγράφω, &c. nisi quòd ante σ non mutatur ν, σείω ἐνσείω, σημαίνω ἐνσημαίνω.

T

Τέμνω, Futurum τμήξω à τμήγω. Aoristus secundus ἔταμον vel ἔτεμον, Participium ταμὼν vel τεμών.

τίκτω, Futurum τέξω à τέκω. Præter. med. τέτοκα. Aoristus secundus ἔτεκον per ε: nā secundo Aoristo verti ε in α, id fermè fit præsente aliqua immutabili, δέρω ἔδαρον, πλέκω ἔπλακον.

τιτρώσκω, Futurū τρώσω à τρώω. Sæpè barytona quoque habent reduplicationem, δράω διδράσκω, μνέω μιμνήσκω.

τρέχω, Futurū θρέξω per θ. Præterit. δεδράμηκα à δραμέω. Aoristus secūdus ἔδραμον à δρέμω. Futur. secundū med. δραμοῦμαι.

φώγω, Aoristus secundus ἔφαγον à φάγω. Futurum secūdum medium φάγομαι pro φαγοῦμαι, vt ἔδομαι & πίομαι.

τυγχάνω, Futurum τεύξομαι à τεύχω. Aoristus secundus ἔτυχον. Præteritum τετύχηκα à τυχέω: at τέτυκται tertia præteriti passiui pro τέτευκται, à τεύχω. Vide in ἄφυκτος.

Υ

Ὑπισχνοῦμαι, Futur. ὑποσχήσομαι. Præteritū ὑπέσχημαι. Aoristus primus ὑπεσχέθην. Aoristus secūdus med. ὑπεσχόμην ab ὑποσχέομαι. at Futur. ὑποστήσομαι ab ὑφίσταμαι. Aoristus secūdus ὑπέστην.

Φ

Φάναι, dicere, Præsens φημί: φᾶναι verò per α, primus Aoristus à φαίνω, pro quo & φῆναι, ἀποφῆναι, vt μιᾶναι, μιῆναι.

φέρω, Futurum οἴσω ab οἴω. Aoristus primus ἤνεγκα, secundus ἤνεγκον, ab ἐνέγκω. Præteritum medium Atticū ἐνήνοχα, διενήνοχα, ab ἐνέχω. Aoristus primus passiuus ἠνέχθην. Participiū ἐνεχθείς: sic ἀναφέρω, ἀνηνέχθην, ἀνενεχθείς, refocillatus. Cæterùm per syncopen dicta sunt φέρειν φρεῖν, φέρω φρῶ, vnde φρῆμι. Imperatiui secundus Aoristus, φρές, εἴσφρες, ἔκφρες, vt θές. Aoristus primus ἔφρησα. Futurum φρήσω, εἰσφρήσω.

φθάνω, Futurum φθάσω à φθάω. Aoristus secundus ἔφθην à φθῆμι. Optatiuus φθαίην.

φθίνω, Fu-

φθίνω, Futurū φθίσω à φθίω. complura in νω dū tempora formant, negligūt ν, φθάνω, φθίνω, πίνω, tanquam φθάω, φθίω, πίω.

φύω, Futurum φύσω. Aoristus secundus ἔφυν à φῦμι.

X

Χαίρω, Futurum χαρήσομαι. Aoristus secundus passiuus ἐχάρην à χαρέω.

χάσκω, Futurum χανοῦμαι. Præteritum medium, κέχηνα. Aoristus secundus ἔχανον à χαίνω.

χέω, Futu. χεύσω. Aoristus primus ἔχεα. Imperat. χέον, ἔκχεον. Infinit. χέαι, ἐκχέαι. Aoristus II. ἔχεον. Futurum II. χεῶ, ἐκχεῶ.

χρὴ, oportet, à χρῆμι per apocopen χρὴ, ἀπόχρη. Imperfectum ἔχρην & χρῆν. Infinitiuus, χρῆναι.

Ω

ὠθέω, Futurum ὤσω. Aoristus primus Atticè, ἔωσα. Præteritum passiuum, ἔωσμαι ab ὤθω.

ὦταν pro ὦ ἐτάν: ἔτης amicus, vnde ἐτὰν, vt ἑρμῆς ἑρμᾶν, μεγιστὰν, ὦ ἐτὰν, sed synalœphe contrahit in ὦταν.

Rimantibus verborum themata præcipuū sit, vt in promptu & tanquam ob oculos habeant coniugationes, τύπτω, ποιέω, & τίθημι: ac singulorum temporum exactè norint terminationes, deinde memores quomodo formētur tempora, sensim ascendant donec statuendū sit præsens. Participium ὀφθησόμενος à Futuro primo ὀφθήσομαι. Aoristus I. ὤφθην. tertia præterit. passiui ὦπται, prima ὦμμαι. Præterit. actiuū esset ὦφα. Futur. ὄψω. igitur præs. ὄβω, ὄπω, ὄφω, ὄπτω: ὄβομαι, ὄπομαι, ὄφομαι vel ὄπτομαι: sed adhibitum Lexicon commonstrabit ὄπτομαι.

ACCENTVS.

ACCENTVS acutus afficit vltimam syllabam, penultimam aut antepenultimam: Circunflexus vltimam aut penultimam: Grauis vltimam tantùm. Dictionibus autem, quæ sic vel sic notantur, huiusmodi tribuerunt vocabula:

θεός	ὀξύτονον,	acutus in vltima.
λόγος,	παροξύτονον,	acutus in penultima.
τυπτόμενος,	προπαροξύτονον,	acutus in antepenultima.
ποιῶ,	περισπώμενον,	circunflexus in vltima.
βοᾶτε,	προπερισπώμενον,	circunflexus in penultima.
τιμὴ,	βαρύτονον,	grauis in vltima.

Grauis in omni syllaba intelligitur quæ nec acuitur, nec circunflectitur, at signatur solùm in vltima. Nam vltima acuta fit grauis ob consequentiam dictionis, θεὸς ἡμῶν. Excipe τίς interrogatiuum: τίς ἐποίησε;

Casuum & personarum accentus fermè manet in eadem syllaba, ὁ λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ: τύπτω, τύπτεις, τύπτει. Quando autem mutetur accentus aut è loco migret, sic est accipiendum: σῶμα, σώματος, ω̃ in ώ, quia antepenultima non circūflectitur. σώματα, σωμάτων. vltima, si fuerit longa, non acuitur antepenultima. Excipe Attica, μέλεως, λέξεως, & similia. βοάετε βοᾶτε, αε in ᾶ, ex acuto & graui fit circunflexus. Excipe τὼ λητόε λητώ, & τὼ νόω νώ à νόος, & νῶϊν νώ ab ἐγώ: dualia enim in ω semper acuuntur, etiam contracta. ἑστεώς ἑστώς, non ἑστῶς: ex graui & acuto non fit circunflexus. ἑστώς ἑστῶτος: longa ante finalem breuem circunflectitur. ἑστῶτες ἑστώτων: longa ante finalem longam acuitur. ἡρακλῆς ἡρακλέος: breuis non est capax circunflexi, nec item longa positione, sed natura, σῶμα, τεῖχος, βοᾶτε, βοᾶ.

Diphthongi finales αι & οι in accentibus habentur breues, μοῦσαι, ἄνθρωποι. Excipe aduerbia, οἴκοι domi (nam οἶκοι nomen plurale est.) & optatiuos, ποιήσαι fecisset: at ποιῆσαι Infinitiuus Aoristi primi actiui: ποίησαι autem Imperatiuus Aoristi primi medij.

In declinationibus parisyllabicis circunflectuntur genitiui & datiui, licet reliqui casus acuantur, ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ: τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς. Idem iudiciū de genitiuo duali & plurali quintæ declinationis, ἡ χεὶρ τῆς χειρός: ταῖν χεροῖν, τῶν χειρῶν.

Substantiuorum primæ & secūdæ declinationis genitiuus pluralis circunflectit vltimam, ὁ αἰνείας, τῶν αἰνειῶν, non αἰνείων: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν, non μούσων. Adiectiua verò secundæ declinationis à masculinis tertiæ, genitiuum parem habent masculino, ὁ ἅγιος, τῶν ἁγίων: ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων. quòd si masculinum sit quintæ, vltima genitiui fœminini circunflectetur, ὁ ἡδὺς, μέλας, τύψας: τῶν ἡδέων, μελάνων, τυψάντων. ἡ ἡδεῖα, μέλαινα, τύψασα: τῶν ἡδειῶν, μελαινῶν, τυψασῶν: in quibus etiam non eadem est penultima genitiui in vtroque genere.

Quintæ declinationis genitiui & datiui dissyllabi accentum sortiuntur in vltima: nominatiui autem, accusatiui & vocatiui in priore: ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα: τὼ χεῖρε, τοῖν χεροῖν: αἱ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, τὰς χεῖρας. Excipe participia, θεὶς, θέντος, θέντι: ὢν, ὄντος, ὄντι, &c. etiam τῶν παίδων, τῶν Τρώων, τῶν πάντων, & τοῖς πᾶσι.

Circunflectuntur ευ & ου finales, ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ, πανταχοῦ, præter aduerbium ἰδοὺ, ecce: at ἰδοῦ Imperat. vt τυποῦ.

Vocatiuus in ες à propriis in ης est προπαροξύτονος, ὁ δημοσθένης, ὦ δημόσθενες: ὁ ἡρακλῆς εος, ὦ ἡράκλεες, crasi ἥρακλεις.

Irregularia sunt ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν: ὁ δεσπότης, μητιέτης, ὦ δέσποτα, μητίετα. Etiam ἡ μήτηρ, θυγάτηρ, τῆς μητέρος, θυγατέρος, non μήτερος, θυγάτερος.

Particulæ α δυς crebrò accentum retrahunt, παιδὸς, ἄπαιδος: τακτὸς, ἄτακτος: κινητὸς, δυσκίνητος. sic ἑκὼν, ἀέκων, & crasi ἄκων: λόγος, ἄλογος, δύσλογος, &c.

Verborum & participiorum accentus obseruandi sunt in coniugatione verborum, τύπτω, ποιέω, & τίθημι.

Præterita & Aoristi priore longa seruant accentum in cōpositis, εἶχον κατεῖχον, εἶκα ἀφεῖκα, εἶμαι ἀφεῖμαι, ἧκα συνῆκα, præter οἶδα, σύνοιδα, non συνοῖδα.

Monosyllaba longa relicta post apocopen acuuntur, χρῆμι χρή: post aphæresim autem circūflectuntur, ἔφην ἔφης ἔφη, φῆν φῆς φῆ, & ἦν ἦς ἦ. At breuia sunt acuta, ἔβαν, βάν.

Quædā omnino carent accētu, ὁ, ἡ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, εἰ, οὐ, οὐκ.

Interdum præter accentum natiuum (qui vnus est tantùm in vna dictione) asciscitur alter propter dictiones encliticas, quæ proprium accentum remittunt ad præcedentem syllabam. Sunt autem enclitica τὶς τινὸς, infinita, τοῦ τῷ pro τινὸς τινί: εἰμὶ & φημὶ toto præsente: μοῦ μοὶ μὲ, σοῦ σοὶ σέ. aduerbia infinitè capta, ποθὲν, ποθὲ, ποθὶ, ποτὲ, πῶς, πώ, πῆ, ποῦ, τὲ, γέ: vt εἴ τις, εἴ τινα, εἰπέ μοι, σῶμά σου, ἤκουσέ μου.

Persona ἐστὶ principium orationis, aut subdita post οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο; remittit accentum in priorem syllabam: ἔστι πόλις, καὶ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἔστι, ὡς ἔστι, εἰ ἔστι, τοῦτ᾽ ἔστι: alioqui in præcedentem dictionem, καλός ἐστιν, ἄνθρωπός ἐστι, σῶμά ἐστιν, ἑρμῆς ἐστιν. Et de Accentu quidem hactenus: reliquum est vt de constructione quatenus est opus agamus.

RATIO SYNTAXEOS.

DE Græcorum constructione tantùm præcipienda sunt ea, in quibus nobiscum non consentiunt.

Neutrum plurale verbo gaudet singulari, ζῶα τρέχει, pro τρέχουσι.

Genitiuū multis adhibent, quibus nos ablatiuū, siquidem vterq; casus ponitur absolutè. Latini Me præsente: Græci, μοῦ παρόντος. Quandoque participium solum, ἐλθόντων δὲ, vbi autem venissent, intelligendo casum rei conuenientis. Atticè pro hoc genitiuo est accusatiuus, & fermè cū ὡς & ὥσπερ: ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσοντα, pro τοῦ ἀνδρὸς ποιήσοντος: estque istud receptissimum in participiis impersonalium, δέον, δόξαν, ἐξὸν, ἐνὸν, προσῆκον, παρὸν, ἐνδεχόμενον. ἐξὸν αὐτοῖς ποιῆσαι, quum ipsis permissum esset facere: ὡς μηδὲν αὐτοῖς διαφέρον, tanquam nihil eius intersit: δόξαν ἐμοὶ γράψαι, vbi mihi statutum esset scribere: ἄδηλον ὄν, quum sit incertum, &c.

Genitiuum postulant comparatiua & superlatiua, σαχάνης δικαιότερος, βέλτιστος ἁπάντων. Verba quæ animi affectionem significant, ἐρῶ, ἐπιθυμῶ, & similia. Verba sentiendi, curandi, participandi, priuandi, assequendi, frustrandi, dominandi, diffidendi, copiæ & inopiæ: quorum exemplis supersedendum duximus, monuisse tantùm contenti. Ad hæc verbalia per α priuatiuum facta, ἀθέατος ἀληθείας. Verbalia in ικος, παρασκευαστικὸς τῶν ἐπιτηδείων: & adiectiua plurima, ἄξιος, ἀνάξιος, ἄπειρος: & alioqui quoduis adiectiuum partitiuè positum, οἱ γνήσιοι τῶν φίλων, qui inter amicos ingenui sunt: quale illud Plinianum, Ouorum oblonga. Præterea verbū substantiuū εἰμὶ & γίγνομαι: τούτων ἐστὶν ὁ πλάτων, horum aut de numero horum est Plato. Quod verbū quandoq; omittitur, vt οὐδὲ τῶν ἀδικούντων ἐγώ.

Partitio-

Universidad de Deusto Biblioteca

Partitionis genitiuum mutant in casum partium, οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, pro τῶν ἀνθρώπων. sic τοὺς φίλους, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ πένητας ἀπέδειξε, pro τῶν φίλων: & ita per omnes casus.

Crebrò etiam genitiuus ἐλλειπτικῶς ponitur, deficiente ἕνεκα. εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, hoc est, ἕνεκα τῆς τύχης, ob felicitatẽ, aut quod ad felicitatem pertinet: vtrunq; enim significat ἕνεκα. & ὦ μακάριε τῆς θέας, beatus qui ista videris.

In genitiuo ponitur materia, πεποίηται λίθου. Pars, ἔπιον τοῦ οἴνου, λαβόμενος τοῦ ποδός. Pretium, ὠνησάμην δύο ὀβολῶν. Tempus, νυκτὸς καὶ ἡμέρας σπουδάζει. Temporis verò continuitas in accusatiuo, ὅλην τὴν ἡμέραν εἰργασάμην: quod & in datiuo, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας.

Genitiuum regunt, ἅλις, ἕνεκα, χάριν, ἀντὶ, δίκην, πλὴν, μεταξὺ, πάρεργον, φεῦ, ὦ, βαβαὶ, ἡράκλεις, οἴμοι, & huiusmodi exclamationes: etiam εὐθὺ, πόῤῥω, ἄπο pro ἄποθεν, ἔξω, χωρὶς: & aduerbia localia, ποῦ, πόθεν.

Datiuo tribuuntur verba sequendi, ἀκολουθῶ ἕπομαι. Certandi, ἐρίζω, πολεμῶ, ἀγωνίζομαι, μάχομαι. Quæcunque passiuè capiuntur, πεποίηταί μοι, pro ὑπ' ἐμοῦ: ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, vulgo ignotum. Composita à σὺν & ὁμοῦ, σύντροφος, ὁμόψηφος.

Datiui casus est instrumentum, ἀπέκτεινε τῷ ξίφει. Causa, φθόνῳ ταῦτα ποιεῖ. Modus actionis, τίνι τρόπῳ γράφεις; Et quandoque pretium. Chrysost. ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος.

Datiuum habent cum genitiuo, ἀμφισβητῶ, μετέχω, κοινωνῶ, συγγινώσκω, φθονῶ: & impersonalia, δεῖ, μέτεστι, μέλει, μεταμέλει. In datiuo pronominis αὐτὸς sæpenumero intelligitur præpositio σὺν, vt ἀποτεμὼν αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερὰ, hoc est, σὺν αὐταῖς.

Accusatiuum admittit quoduis verbũ nominis ab eo deducti, τοιούτοις γάμοις γαμῶ, ἀδικῶ σε ἀδικίαν: aut nominis relatiuum, ἡ ἀδικία ἣν ἀδικῶ σε.

Vbique locus est accusatiuo, si intelligas κατὰ: Σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα. sic Virgilius, Cætera Graius.

Et qualia sunt poetis nostris vsitatiora, Fractus membra, & similia, iis Græci passim vtuntur, τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς, κόσμιος τὴν ἀναβολὴν, τὸ σχῆμα εὐπρεπής.

Passiua regunt accusatiuum verbi actiui, vt ἐπιτρέπεις ἐμοὶ τὴν δίαιταν: sic passiuè, ἐπιτρέπομαι τὴν δίαιταν, & ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν.

Verbalia in τέον verbi sui postulant accusatiuum, γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολήν. Interdũ secundus accusatiuus in vicem datiui succedit, ἰατέον τὴν νόσον ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας.

Atticè accusatiuus pro genitiuo, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα, pro τῶν χρημάτων. Et pro datiuo, οἷά με ποιεῖς, pro ἐμοί.

Quando infinitiuus & verbũ præcedens ad eandem pertinent personam, nõ est opus accusatiuo: ἔφη ποιῆσαι, dixit facturum, nempe se. vt Terentius, Pollicitus sum suscepturum.

Infinitiuus non tam accusatiuũ habet quàm nominatiuũ, φησὶν αὐτὸς αἴτιος γενέσθαι, dicit se auctorẽ fuisse: οὕτως ἀπεῖχον τῆς ἀλαζονείας, ὥστε πάντα εἰδὼς, μηδὲν εἰδέναι οἴεσθαι, tam alien' ab arrogantia, vt quum omnia nerit, tamen se nihil scire putet.

Iunguntur infinitiuo ὡς, ὥστε, πρὶν, πρὶν ἢ, ἐπειδὴ, ὅσον.

Relatiuum eodem casu ponunt cum antecedente, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις: ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψε. hinc sunt illa, ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, ἄνδρα οἷον σε.

Participium tanquam pro infinitiuo cum verbis perseuerandi, ἀγαπῶν με διατελεῖ. Desistendi, οὐ παύσομαι φιλῶν. Et cũ verbis affectionem animi significantibus, μέμνημαι ἰδὼν, οὐ συνίεσαν μάτην πονοῦντες. sic Virgil. Sensit medios delapsus in hostes.

Articulo vestitum aduerbium fit adiectiuum, ὁ χθὲς hesternus: quòd si iungatur præpositioni cum suo casu, intelligitur commodum aliquod participium, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nempe ὢν aut οἰκῶν.

Præpositionum varia significatio variat regimen.

Genitiuum habent ἐκ vel ἐξ ex, significans locum, tempus, materiam, causam: πρὸς ab, coram, iurandi, officij: πρὸ ante, locum, tempus: κατὰ contra, super, de, ab: διὰ per: μετὰ cum: παρὰ ab: ἀντὶ pro: ἐπὶ, circa, super, etiam tempus significat: περὶ pro ἀπὸ, à, ex: ὑπὸ præ, sub: ὑπὲρ pro, de, super.

Datiuum ἐν in, σὺν cũ, πρὸς iuxta, παρὰ apud, ἐπὶ propter, in potestate, post, super, contra. περὶ pro, in, circa: ὑπὸ sub.

Accusatiuum εἰς vel ἐς in, ad: ἀνὰ per, κατὰ per, secundum, circa: διὰ propter, μετὰ post, παρὰ ad, præter, propter: ἐπὶ ad, in: περὶ circa, circum, prope: ὑπὸ sub: ὑπὲρ supra, vltra.

De ἀμφὶ iudicandum vt de περὶ, quod vsitatius est.

Duæ ἐλλειπτικῶς ponuntur cum genitiuo, ἐν, deficiente datiuo; εἰς, deficiente accusatiuo: ἐν ᾅδου, pro ἐν οἴκῳ τοῦ ᾅδου: εἰς διδασκάλου, pro εἰς οἰκίαν τοῦ διδασκάλου.

Dicunt præterea, οἱ περὶ Πλάτωνα, hoc est Plato: οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, hoc est Socrates. Verùm istiusmodi orationis formas, & breuiter quicquid ad Græcanicas phrases attinet, doctissimè persecutus est Budæus in suis Commentariis. Eum librum comparare sibi debet, quisquis seriò græcari volet.

FINIS.

DICTIONARIVM

GRAECOLATINVM.

A apud Græcos character est, notaque primæ literarum, id est, Alpha, ἀπὸ τοῦ ἀλφεῖν, id est, inuenire. Aliquando particula est priuatiua, vt κλητὸς, vocatus, ἄκλητος, inuocatus. Aliquando significat id quod δυς, i. vix: vt ἀδάμας, quod non facilè dometur. Aliquando auget ipsam dictionem, vt ὕλη ἄξυλος, silua nemorosa. Aliquando minuit, vt ἀμαθὴς, subdoctus. Aliquando simul, vt ἀδελφοὶ, vterini fratres. Aliquando par, τὸ ἴσον, ἀτάλαντον, eiusdem ponderis. Nonnunquam abundat, vt ἄσταχυς, i. στάχυς. Compositum cũ inchoantibus à vocali ascíscit ν, vt ἄνανδρος, paucis exceptis.

Ἀ, quæ, ἅπερ, Artic. Præpos. Plural. Ἀ etiam cum verbo ἐστὶ significat ἔνια, i. quædam.
Ἀ, pro ἴδια, i. sua.
Ἆ, quò, cũ motu, Doricè. Sine motu est Aduerb. mirandi.
Ἄ, tenui spiritu, & tono acuto, Aduerb. conterrendi, exclamandi, adhortandi. Est & increpandi.
Ἆ, i. αἴθε, vtinam. Ponitur pro valde. Et loco ὦ, Aduerb. & loco φεῦ, ah. & condolendi. Sumitur & pro νῦν.
Ἄα, confluentes, aquarum confluxus.
Ἀάατος, inuulnerabilis, illæsus.
Ἀάβακτος, ἢ ἀάβυκτος, non miser, innocens.
Ἀαγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ab ἀ priuatiua particula, & ἄγω, τὸ κλάζω, frango, id est, fractu difficilis.
Ἀάδα, egestas.
Ἀαδεῖν, turbare, afficere contumelia. Item egere, confici fame.
Ἀαδένη, ἡ, succerda, i. stercus suillum.
Ἀαδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, iniucundus, pro ἀηδὴς, Doricè.
Ἀάζω, exhalo.
Ἀάθικτον, ου, τὸ, non obnoxium damno.
Ἄακτον, ου, τὸ, inuulnerabile, infractum.
Ἀάλιον, ου, τὸ, inordinatum.
Ἀάμις, θος, ἡ, aucupij instrumentum, ames.
Ἀανὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, vtilis, non absolutus
Ἀανὲς, τὸ, nondum absolutum, non absoluendum, vtile.
Ἄανθα, genus inauris.
Ἄαπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, intactus, à verbo ἅπτομαι. Potest quoque ἀ accipi ἐπιτατικῶς, & tunc significat eum qui aliis facilè infert mala: item inuiolabilem, inuictum.
Ἄασα, nocui, pro ἦσα, à verbo ἄτω, vel ἄω.
Ἀασάμην, erraui, iacturam accepi.
Ἀάσαι, quatuor significat, satiare, obdormire, contristare, sæpe multumque lædere.
Ἀάσθην, læsus sum, ab ἄτω: pro ἤσθην.
Ἀασίφορος, ου, ὁ, nocumentum ferens.
Ἀασίφρων, ονος, ὁ, demens, insanus.
Ἀάσκω, noceo, corrumpo.
Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, exhalatio, halitus.
Ἀάστονος, gemebundus, illætabilis.
Ἀαστὸς, culpa vel noxa vacans.
Ἀάσχετος, ου, ὁ καὶ ἡ, pro ἀκατάσχετος, irretentibilis, intolerabilis, intemperans, obediens.
Ἄαται, satiatur, κορέννυται.
Ἀάπλετος, ὁ, inexplebilis.
Ἄατος, ου, ὁ, non nocens, ἀντὶ ἄτης, vel κατ' ἐπίτασιν ipsius ἀ, πολυβλαβὴς, vehementer nocens. Item difficilis, insatiabilis.
Ἄαπλος, ου, ὁ, innocuus, ἀβλαβής.
Ἄβ, mensis, qui & γορπιαῖος.
Ἄβα, rota, clamor.
Ἀβάδηρος, ου, ὁ, tenuis.
Ἄβαδα, τὰ, rosæ.
Ἄβαζος, ου, ὁ, taciturnus, mutus.
Ἀβαιὴρ, έρος, tenuis, minutus.

Ἀβᾶς, magister.
Ἀβαθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, non profundus.
Ἀβάθματα, τὰ, bellariorum genus.
Ἀβαιὸν, paululum, paruum.
Ἀβακέω, ignoro, non habeo quid dicam.
Ἀβακέως, quietè.
Ἀβακήμων, ονος, ὁ, & Ἀβακὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, taciturnus, quietus, carens voce: stultus.
Ἀβακίζω, quietus sum.
Ἀβάκιον, ου, τὸ, abaculus.
Ἄβακοι, ἀγκλαίσονες, inutilium pisciculorum institores insani.
Ἀβάκητον, ου, τὸ, minimè inuidiosum.
Ἀβακτὸν, & Ἀβυκτὸν, τὸ, non beandum.
Ἀβάκχευτος, ὁ, bacchanalium seu vini expers.
Ἀβάκχευτον, lineum textum, frugale.
Ἀβάλαι, vox indignantis, heu.
Ἀβαλαία, ας, ἡ, scriptura, confessio.
Ἀβάλε, Aduerb. vtinam.
Ἀβάλη, inutilem, languidum, vocant Lacones.
Ἄβαλις, oliua mala.
Ἀβάνταοις, εως, ἡ, ascensus, ἀνάβασις, poëticum.
Ἄβαξ, ακος, ὁ, armarium, tabula in qua Mathematici lineas, numeros & figuras ducunt. Accipitur aliquando pro muto. Est etiam nomen fabrilis instrumenti.
Ἀβάπτιστον, τὸ, terebella, medicorum instrumẽtum.
Ἀβάπτιστος, qui mergi nequit, immersabilis.
Ἄβαπτος, ου, ὁ, non tinctus, non duratus stomomate.
Ἄβαρ, αρος, τὸ, genus placentæ.
Ἀβάρακες, placentæ, & massæ.
Ἀβαρβαλαῖαι, nymphæ.
Ἀβαρὴς, έος, ὁ, intelligentia carens, leuis.
Ἀβαριάστη, ἡ, effœminata, delicata. & ἀβαριστὶ.
Ἄβαρις, εως, ὁ καὶ ἡ, epirotes, continentis habitator.
Ἀβαριστὶ, ἡ, mensibus repurgata: & mollis.
Ἀβαρκεῖ, terret, plaudit.
Ἄβαρνα, ας, ἡ, fames.
Ἀβάρυε, geme, clama.
Ἀβαρταὶ, volatiles.
Ἀβαρτία, insatiabilitas. Ἄβαρτος, ου, ὁ, insatiabilis.
Ἀβαρὺ, origanum, Macedonia.
Ἀβαρὺς, έος, ὁ καὶ ἡ, non grauis.
Ἀβὰς, bardus. & sacer morbus.
Ἀβᾶσαι, præclarè agere, extolli.
Ἀβαστάκτως, Aduerb. portatu difficile.
Ἀβασάνιστος, ου, ὁ, inuulnerabilis. Item inexploratus, inexercitatus, non tortus.
Ἀβασανίστως, temerè.
Ἀβασίλευτος, ὁ καὶ ἡ, sui iuris, non subditus regi.
Ἀβάσκανος, verus, non inuidus.
Ἀβάσκαντον, ου, τὸ, fascini amuletum.
Ἀβασκάντως, sine inuidia.
Ἀβάστακτον, onus, φορτίον: ab ἀ epitat. & βαστάζω.
Ἄβαστον, inaccessum, infinitum. Item ἀβίαστον, non violentum.
Ἄβατος, immotus, inaccessus.
Ἄβατος, ου, ὁ καὶ ἡ, expers intelligentiæ, auius. Item indomitus, non inscensus.
Ἄβαφος, ου, ὁ καὶ ἡ, non tinctus.
Ἄββαλεν, pro ἀνέβαλεν, sursum iecit.
Ἄβδελον, ου, τὸ, humile, abiectum.
Ἀβδέλυκτα, τὰ, quæ non abominamur.
Ἄβδηλα, τὰ, vel Ἄβδελα, τὰ, ἄβατα, loca inuia.
Ἀβδηρίτης, ventus βορέας.
Ἄβδης, scutica, flagellum.
Ἀβέβαιος, ου, ὁ καὶ ἡ, instabilis, incertus, inconstans, infirmus.
Ἀβεβαίως, inconstanter.
Ἀβέβηλον, τὸ, sacrum, non profanum.
Ἀβεὶς, pro ἔχεις, dicunt Pamphiliæ incolæ.
Ἀβέλιος, ου, ὁ, Sol.
Ἀβέλλω, vel Ἀβέλω, circundo, corono.
Ἄβελλον, ου, τὸ, vel Ἄβελον, humile.
Ἀβελτερία, & Ἀβελτηρία, stultitia, ineptia, vesania.

Dicitur & τὸ ἀβελτήρειον.
Ἀβελτεροκόκκυξ, vanus & stolidus.
Ἀβέλτερος, stupidus ac barbarus, stultus, ignauus.
Ἀβέρβηλος, ου, ὁ, vanus, instabilis.
Ἀβέρβηλον, graue, odio dignum.
Ἄβερθαι, αἱ, lora altiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, sub alis eius succincta.
Ἀβέσσω, desidero, tumultuor.
Ἀβηδὼν, όνος, ὁ, luscinia.
Ἀβὴρ, Lacon. habitatio in porticu vbi est promptuarium.
Ἀβήρω, canto.
Ἀβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, stultus, impudens.
Ἀβήσσω, animaduerto.
Ἀβίαστος, ὁ καὶ ἡ, non coactus.
Ἀβιάζομαι, ornor, delicior.
Ἀβίηκτον, quod præsenti in periculo versatur.
Ἄβιν, ιος, abies aut picea.
Ἀβίολι, semen quoddam rotundum.
Ἄβιος, ου, ὁ, duplicem habet significationem: aut enim ἀ priuatiua particula est, & tum significat pauperem. aut certè ἀ intensiua est, & tunc eũ significat cui nihil eorum deest quæ pertinent ad victum. Ἄβιος αἰσχύνη, extremus pudor.
Ἀβίωτος, ου, ὁ, doloribus plenus, qui non viuit. vnde Ἀβίωτος βίος, vita iniucunda & acerba.
Ἀβιώτως ἔχειν, infeliciter viuere.
Ἀβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas, indemnitas.
Ἀβλαβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, innocuus, illæsus, non nocens.
Ἀβλαβῶς, citra noxam, innocenter.
Ἀβλαβύνιον, apud Aegypt. funis è corticibus connexus purgationis causa.
Ἀβλαδέως, ἡδέως, suauiter.
Ἄβλαξ, ακος, ὁ, clarus.
Ἄβλαφοι, ligna.
Ἄβλας, stupidus, ignorans, ingratus.
Ἀβλαστέω, ῶ, μηνίσω, malè germino, non succresco.
Ἀβλαστὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, & Ἄβλαστος, ου, infœcundus, non germinans.
Ἀβλάστητος, ὁ καὶ ἡ, qui nequit germinare.
Ἄβλαυτος, ου, ὁ, nudus pedes, discalceatus.
Ἄβλεμα, erratum.
Ἀβλεμέως, Aduerb. negligenter, pro ἀμελέως.
Ἀβλεμὴς, inaudax, iniucundus, dissolutus.
Ἀβλεννὴς, έος, piscis acus.
Ἀβλεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, despectus, vilis, nihili.
Ἀβλέπημα, ατος, τὸ, delictum, peccatum.
Ἀβλεπτὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, peccator, ἀβλεπτῶν.
Ἀβλεπτῶ, delinquo, pecco.
Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas, inconsiderantia.
Ἀβληδὴν ἐνδόσιμον, prolusio.
Ἀβληρὰ, ᾶς, ἡ, habena.
Ἀβλὴς, ῆτος, de iaculo recenti dicitur, nondum iacto, nondum arcu excusso.
Ἀβλήσμαστον, vel ἀβλίσμαστον, intactum.
Ἀβλητῆρες, οἱ, testes. Legitur etiam Ἀβλήτορες, & Ἀβολήτορες.
Ἄβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, illæsus, non cæsus, inuiolatus, inuulneratus.
Ἀβληχὴς, balatus expers.
Ἀβλήχμων, ονος, ὁ, obtusus, hebes.
Ἀβληχρὴς, έος, & Ἀβληχρὸς, οῦ, idem quod βληχρὸς, robustus ac fortis. Aliquãdo accipitur pro hebeti, obtuso, molli. Et ἀβληχρὸς θάνατος, mors non violenta.
Ἀβλόει, sacrifica.
Ἀβλόπης, ἀβλαβὴς, innocuus.
Ἀβλὸς, έος, τὸ, mulctrum.
Ἀβλωθρίδιον, ου, τὸ, venenum quo fœtus extinguitur, abortus.
Ἀβοαὶ, αἱ, precationes.
Ἀβοήθητος, ου, ὁ καὶ ἡ, auxilio carens, destitutus. Pro immedicabili, vt ἀβοήθητος δῆξις, morsus deploratus.
Ἀβοηθητὶ, citra auxilium, facilè.
Ἀβοήθητον φάρμακον, irremediabile venenum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ἄβοντος, ὁ καὶ ἡ, tacitus, mutus.
Ἄβολα, tesserarius iactus infelix.
Ἀβολέω, ῶ, μ. ήσω, π. ηκα, occurro, obuius fio, Datiuo. Vnde & ἀβολεῖν, pro intelligere facio, erudire.
Ἀβολεῖς, αἱ, valla, munimenta, sepes.
Ἀβολισταὶ, οἱ, crudeles, quibus non tutò obuiam venitur.
Ἀβόλιτοι, οἱ, idem.
Ἀβολήτης, τος, ἡ, occursus, quasi obuiatio, congressus.
Ἀβολήτωρ, καὶ ἄβολις, καὶ ἄβολος, etiam & ἀγνώμων, vel ἄγνωμος, idem significant, pullum scilicet, qui dentes nondũ emisit ætatis indices, quique ob id adhuc iuuenis existit. ὑπογνώμονες καὶ λειπογνώμονες, appellantur veteli, vulgoque, *Qui ne marquent plus.*
Ἄβολλα, genus vestis.
Ἄβος, tener.
Ἀβουλεὶ, inconsultò, imprudenter.
Ἀβουλέω, ῶ, non consulto, nolo.
Ἀβουλής, έος, temerarius, inconsultus, egenus.
Ἀβούλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, inuitus, non voluntarius. Item incõsideratus, fortuitus. Ἀβούλητον, τὸ, quod preter nostram voluntatem fit. τὰ ἀβούλητα, res aduersæ, res afflictæ.
Ἀβουλία, ας, ἡ, temeritas, inopia consilij, imprudẽtia, amentia.
Ἀβουλίᾳ, παρὰ γνώμην, i. inuito animo.
Ἄβουλος, ου, ὁ καὶ ἡ, consilio carens, inconsultus, temerarius. & Ἀβούλως, temerè.
Ἀβουλότατα, quæ sponte sine opera nostra fiunt.
Ἀβουσκολέω, ῶ, μ. ήσω, π. ηκα, tumultuor, θορυβῶ.
Ἀβούτης, bobus carens, egens.
Ἄβρα, ας, ἡ, ancilla adolescentior, ancilla puella, Geneseos cap. 24.
Ἀβραδέλη, ης, ἡ, pellex siue concubina.
Ἀβράκησαν, sonuerunt, poëticum.
Ἀβραμίας, est bolus quidam, & iactus in ludo talario.
Ἀβραναι, simiæ caudatæ.
Ἀβρανὶς, ίδος, ἡ, Laconicè, vestis muliebris est crocei coloris: crocota, crocotula.
Ἀβράχεν, sonuit, ἤχησεν, poëticum.
Ἄβρεκτος παλάμη, manus non madida.
Ἀβρεμὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, despectus, ἀβλεπής.
Ἀβριάζεσθαι, lautè & cultè ornari, delicatè viuere, & delicias facere.
Ἀβρίζομαι, delicatè ornor, delicato cultu vtor.
Ἀβριθής, leuis.
Ἀβριχὲς, verum: vnde Ἀβριχέστερον, verius.
Ἄβρικτος, ου, ὁ, surdaster, insomnis.
Ἀβρινὰ, τὰ, mundata, κεκαθαρμένα.
Ἀβρὶξ, ἐγρηγορὼς, vigilans, vigil.
Ἀβρίξαι, à cibo sumpto dormire.
Ἀβριστής, mastigia, verbero.
Ἀβρόβιος, ου, ὁ, ἁβροδίαιτος, delicatè viuens, mollis, delicatus.
Ἀβρογάστωρ, mollis, effeminatus.
Ἀβρόγοος, ου, ὁ καὶ ἡ, omnia luctu eiulatuque cõplens.
Ἀβροδίαιτα, ἡ, vita delicatior & mollis.
Ἀβροδίαιτος, ὁ καὶ ἡ, mollis, delicatè & molliter viuens, delicatus in cibo: ab ἁβρὸν.
Ἀβροείμονες, οἱ, splendidè ac molliter vestiti.
Ἀβρόκαρπον, abrotonum herba, ἀβρότονον.
Ἀβροκομάω, ῶ, capillos orno: vnde
Ἀβροκόμης, molliter comatus.
Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ, σκοτία.
Ἄβρομιος, abstemius, ἄοινος: ab ἀ & βρόμος, id est, Bacchus.
Ἀβρομίτρης, ου, ὁ, λαμπροζώνος, pulchra zona ornatus.
Ἄβρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, obstreperus, tumultuosus. Accipitur pro non graueolenti. Scribunt alij ἄβρωμος.
Ἄβρονον, origanum, silens & sine strepitu.
Ἀβρόπηνοι πέπλοι, tenuissimo filo contexta pepla.
Ἀβροπλόκος χαῖτα, coma molli & opulento ornatu redimita.
Ἀβρὸς, οῦ, ὁ, pulcher, venustus, delicatus, mollis, imbecillis: ab ἅπτω, qui facilè tangi potest. ἁβροπαθεῖν, languere. Superlatiuum habet ἁβρότατος, excultissimus.
Ἀβροσταγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, crapula diffluens.
Ἀβροσύνη, ης, ἡ, hilaritas, deliciæ, φαιδρότης, τρυφή.

Ἀβροτάζειν, est propriè errare dum hominem vis assequi. Item noctu vagari.
Ἀβρόταξις, εως, ἡ, peccatum, error, ἁμαρτία.
Ἀβρότη, ης, ἡ, nox, conticinium.
Ἀβροτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, ἁμαρτωλός.
Ἀβρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ.
Ἀβροτῆσαι, noctu occurrisse.
Verùm Chaldaica, linguæ Hebraicæ dialectus eam ob causam non immeritò dici potest; quòd cũ illa multis in rebus conueniat; totumque illud discrimen, quod est inter vtramque, consistat in Chaldaicis dictionibus, quæ ex Hebræis fontibus emanarunt: excipio tamen eas voces quarum proprietatem sibi ipsa suo veluti iure vendicat, ac eas etiam quas à peregrinis linguis in proprium vsum deriuauit. Vtriusque autem linguæ affinitas primùm ostenditur literarum & vocalium permutatione. Nam literæ אֶהֱוִי cùm Hebraicè inter se permutẽtur, nihil mirum videri debet, si hîc idem committatur. Quiescentia Lamed א, ה, & Iod, passim hîc confundi cernas: vt הֲוָה Fuit, חֲדָה vel חֲדִי Lætatus est. Et in permutatione dictionũ ex Hebr. in Chald. א in Iod, vt שְׁאוֹל שְׁיוֹל Sepulchrum. Nam vbi quiescunt in sere, passim apud Syros esset Iod, vbi Babylonicè א, vt רֹאשׁ & רֵישׁ Caput, מֵימַר & מֵאמַר Dicere & dictum. Pro feminino ה Chaldaicè est א in fine, & ferè aliâs vbi Hebraicè esset ה, vt in Hiphil & Hithpael. quod quidem ה in fine cùm alterum א præcedit, posteriore loco retinetur, נְבוּאָה Prophetia, perinde Chaldaicè vt Hebraicè. א & ע inter se permutantur, vt אֲרַע & עֲרַע Occurrit, contigit. [& pro זְרַע, זְרָא apud Thalmudistas.] Item ח & ע, חַסִּין & עַסִּין Robustus. quæ interdũ etiam eliduntur: תְּרֵיסַר pro תְּרֵי עֲסַר, & תְּמָא pro תַּמָּה, pro quo etiam תַּאמָא dicitur. [קְטִיעַ קְטוּעַ פְּכִי פְּשַׁע שְׁבַע שַׁב] Illi enim solent illas literas ita absorbere, vt nullum aliquando appareat vestigium. quæ quidem elisio fit etiam in aliis literis, vt pro שַׁבָּת dicunt שַׁבָּא. [& apud atque in dictione בַּיִת pro בֵּי dicito. אֵימָא Thalmudistas אִימָא pro אֱמֹר.

quas mirificè & sagaci quodam ingenio conquisiuit, animaduersionibus, hæsitantes nonnunquam confirmauit. Tantumque negotij nobis exhibuit & librorum diuersitas, & eorundem confusio, vt difficile fuerit, omnia loca restituere. proinde non dubitamus quin (maximè circa postremam libri partem) ob temporis breuitatem, multa nos quoq. præterierint atq. fugerint. Quamobrem si quæ sint errata in hoc opere, vt quidem aliqua esse possunt, meminerit beneuolus lector, nihil esse ex omni parte beatum, nec vnius hominis esse, præsertim mediocriter eruditi, & in laboribus alienis religiosissimi, vel Theseo adiutore, omnes omnium etiam doctissimorum virorum lapsus deprehendere atque corrigere. Cæterùm his omnibus, nos priuatis lucubrationibus nostris, multa partim ex nouo Testamento Syriaco, partim ex rituali libro Seueri Patriarchæ desumpta nomina, radicesque merè Syriacas; multa quoque ex veterum Iudæorum Commentariis recèns eruta vocabula addidimus. Adeò vt hoc citra iactantiam affirmare ausim, à me scilicet, præter alios omnes, qui huic rei manũ olim admouerunt, plusquàm media parte auctum fuisse ac locupletatum, quod nunc emittimus, Dictionarium. Ne quid præterea remoraretur studiosos, quominùs tam Hebræorum quàm Chaldæorum glossemata, variosque tractatus euoluerent, omnes ferme quibus Doctores vtuntur, passim collegimus abbreuiationes, à Iudæis vel נוטריקין *vel* ראשי תיבות *id est, Capita dictionum, appellatas. Eas autem pro maxima parte ac verbum de verbo transcripsimus ex libello illo, quem Iohannes Mercerus, dum in viuis ageret, in celeberrima Parisiensi schola linguæ sanctæ Regius Professor, huic argumento dicauerat. Nec parum etiam in hoc negotio adiuti fuimus, Aria præstantissime, Aduersariis tuis & doctissimis lucubrationibus, quas pro synceritate, ingenuoque animi tui candore vltrò nobis obtulisti, statim atque instituti nostri factus es certior. Quo quidem vnico facto, vt omittã infinita tua erga me beneficia, iure certè tuo, hic meus labor tibi offerre sese videtur. Quapropter cùm apud Plantinum typographorũ nostræ ætatis principem Antuerpię agens, hoc Dictionariũ concinnare cœpissem, multisq. emendatißimis exemplaribus ad eam rem, tũ tua summa prouidẽtia, tum etiã incredibili Plantini diligentia vndiq. cõquisitis, perfecissem, nullus alius mihi occurrit in tanta doctorũ turba, cui meritò illud potiùs, quàm præclaro & nobili Benedicti Ariæ Montani nomini nuncupare deberem: æquum enim iudicabam, quandoquidem vt præcipuum opus est Regiæ & Catholicæ maiestatis perfectum magnificentia, ita etiam ei meritò consecratum; sic oportere me hosce meos labores tibi præsertim dedicare; siquidem in hoc, tuo beneficio mecum quampræclarè agitur, quod tam laudabili & magnifico apparatui adiunguntur. Hos igitur qualescunque sint, benignè recipe, in testimonium perpetuæ erga te Fabricij tui obseruantiæ. id quod, si, vti spero, feceris, me ad maiora è repub. Christiana aggredienda atque persoluenda alacriorem promptiorémque efficies. Nam si clementissimus Deus vitam mihi adhuc ad aliquot annos prorogauerit, dabo operam, vt Arabici quoque idiomatis non aspernanda iaciam fundamenta, quo tandem illius linguæ, cuius ferè per totum orbem terrarum patet vsus, amplissimum extruatur ædificium. Iam in hunc finem dictionum satis magnam copiam collegi. Restat vt, si quando alteram huius operis editionem conficere detur, Alphabetica serie à nobis iterum describãtur: Arabicum enim Dictionariolum, ex quo illas desumpsimus, ordine quidem Alphabetico, sed Latinorum more, sic vt voces Latinæ præcedãt, Arabicæ subsequantur, olim ab Hispano quodam conscriptum fuit. Illud autem indagine summa conquirendorum vndique veterum librorum comparatum est, & depositi instar fidei Andreæ Masij Theologi ac Iureconsulti, viri profectò doctißimi, ac in peregrinis linguis exercitatissimi, commissum à Guilelmo Postello, omnium certè linguarum, ac præsertim Arabicæ vnico restitutore. Cuius quoque rogatu ipsum prædictus Masius lubens nobis dedit commodatò. Vale, vir ornatissime, & eum qui excellentes & egregias animi tui dotes suspicit & vnicè amplectitur, amare pergas. Falesiæ in museolo nostro, die XII. Augusti, Anno LXXI.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse. Stella enim quæ proximam sub Sole occupat sphæram, φωσφόρος Græcis dicta, idem planè sonat atque Hebræis נֹגַהּ, Babylonius verò נוּגְהָא, id est, Lucifer, siue rutilans. Verumenimuerò tam altas radices in corda hominum (maximè principum qui rerum potiti sunt, antequam Euangelij tubar aureos splendoris sui radios in totum orbem terrarum dispersisset) egit ambitio, vt primorum monumenta postremi semper conati sint interuertere, atque prorsus delere, quò facilius proprij nominis famam fumámue, deleta priorũ memoria, posteritati propagarent. Non secus atq. in initiatione noui cuiusdam principis fieri cernimus, vndique scilicet alterius mortui principis numismata colligi atque corradi, vt illis demum in fornacem simul conflatis, postmodum singulatim inaugurati principis nomine obsignentur, expressámque ipsius imaginem referant & symbolum. Hoc modo factum est, vt quæcunque nugaces Græci de rebus diuinis & humanis, cælestibus & terrenis, à veteribus Iudæis & Chaldæis didicerant, in fabulas, & prodigiosa quædam commenta subdolo ingenio commutarint, ne ab aliis vicinis populis ingratitudinis turpissimóque furti crimine conuicti, quasi graculi quidam cæterarum auium plumis exuti exsibilarentur & exploderentur. Vnde apparet verissimum illud esse quod Clemens Alexandrinus in Stromatis, Eusebius in libris De præparatione Euangelica, Atticus Platonicus, Aristobulus, multíque alij auctores grauissimi probant, gentiles videlicet, vt Aegyptij, Persæ, Indi, Arabes, Græci, veteréque tam Galli quàm Etrusci populi, si quæ habuerunt, vel de rerum naturæ causis egregia dogmata, vel de religione mysteria, à Iudæis & Chaldæis omnia vsurpasse. In cuius rei testimonium innumera penè exempla indiciáque certissima possem adducere, ni præsentis instituti leges & epistolæ fines prætergredi vererer. Porrò Syra, siue Ierosolymitana, etsi à Chaldaismo non multũ differre multis videatur, nihilominus tamen præter maximam characterum vtriusque linguæ dissimilitudinẽ, non parum etiam discrepat hæc ab illa veteri, cùm in verborum coniugationibus, tum in affixis, punctorum notatione, idiotismis denique & tota ferè linguæ structura, ne quid de pronunciatione vocalium Syriacæ dicam, quæ nihil, aut certè valde parum affinitatis habet cum Chaldaismo, vt facilè poterunt animaduertere docti sedulíque lectores, si Syrum noui Testamenti contextum, nostramq. eiusdem literis Hebraicis Exscriptionem cum veteris instrumenti Paraphrasi Chaldaica conferre voluerint. Hæc autem circa tempus Cyri Persarum regis, aut non ita multò pòst, regnante videlicet Dario, Hystaspis filio, nomen & originem habuisse fertur. Tunc enim facta est Iudæis illis, qui iam septuaginta annos & amplius in Babylone exulauerant, libera Ierosolymam redeundi potestas. Qui itaque ex tribu potissimum Iudæ & Beniamin, ducibus Zorobabele Iosedeci filio, Mardochæo, ac Serebæo ad patrias sedes in Syriam tunc temporis reuersi sunt, sensim labentibus annis, Chaldæóque sermone nonnihil immutato, huic linguæ dederunt originem. Atque eo quidem tempore dogmatum Doctorum Iudæorum Ierosolymitana farrago à R. Iochanan trecentis annis post vastationem vrbis fuit conscripta, in quam præter Assyrias & Babylonias voces in Syrismum vtcunque detortas, plurima quoque tum à Persis & Arabibus, tum à Græcis & Latinis petita vocabula irrepserunt. Editum est etiam hac dialecto, sed quo tempore non satis constat, Thargum Ierosolymitanum à paraphrasi Chaldaica Ionathan & Onkelos locutionibus & sensu nonnihil varium ac discrepans. Qua de re factum est, vt Aramæa qua vsi fuerant Daniel & Ezras, illíque duo Paraphrastæ, purior quidem & sanctæ Hebræorum linguæ propior ac vicinior remanserit: Ierosolymitana verò longè ditior & copiosior euaserit. Cæterùm ab Alexandri monarchia vsque ad Christi seruatoris ætatem (cuius ore diuino, vt alibi diximus, Syra fuit consecrata) copiam & diuitias, latissimamque amplitudinis suæ periodũ est assecuta. A Christianis autem nascentis Ecclesiæ immutati fuerunt characteres Hebraici, ab Ezra euulgati in aliam formam literarum, quibus etiamnum vtuntur ferè omnes Christiani, qui Asiam incolunt in scribendis chirographicè libris suis. Nec enim adhuc typographicam artem exercent. Obid autem præcipuè, vt scripsimus alibi, antiqui characteris Hebraici picturam, modumque scribendi mutandum censuerunt, ne quid cum Nazaræis & Hebionitis, quorum hæresim execrabantur, haberent commune. Huius porrò duplicis dialecti dupli charactere describendum præsens Lexicon suscepimus, quòd magnis Bibliis Catholicæ Maiestatis iussu & auctoritate impressis adiungi vellet, vt studiosis linguarum, totique adeo Ecclesiæ Christianæ in vtroque Testamento legendo & enucleando aliquid auxilij nostro qualicunque labore & industria afferretur. In quo quidem concinnando, ne quem debita laude fraudemus, quicquid prius Santes Pagninus in Enchiridio suo, Munsterus in Dictionario Chaldaico, & Elias Germanus tam in Methurgeman, quàm in suo Thisbi collegerant, simul contulimus, omniáque themata in suas classes iuxta verum & genuinum verborum ordinem digessimus. quod hactenus à multis quidem promissum, à nemine tamen præstitum fuit. Quamuis autem ij, quos modò nominaui, auctores, præsertim Santes & Munsterus primi inter Christianos de lingua Chaldaica sint bene meriti, nihilominus tamen pleraque vocabula suis positionibus non adscripserant, neque verborũ ordines, vtputà, Quiescentiũ in media, à Quiescentibus in vltima, & alia id genus plurima, satis commodè distinxerant, sed promiscuè & confusè pluribus in locis vnius radicis surculos in multas alias diuersi generis disciderant: & vice versa multarum inter se ordine & significatu differentium vocum ordines in vnum thema aceruatim congesserant. Quin, quod eorum pace dictum velim, ambo in vocabulis vtriusque Thargum, non tantùm rectè scribendis, sed etiam ex auctorum sententia exponendis persæpè hallucinati fuerant. Sed in consilium adhibito Magistro Aruc, & Elia Leuita, haud leues eorum lapsus deprehendimus, quos, non illos duos secuti tantùm, sed & Commentaria D. Kimchi, & Schelomoh Iarchi, variisq. Bibliorum editionibus, ac manuscriptis exemplaribus inter se collatis, ad recti normam, quantum temporis breuitas nobis permisit, exegimus: in quibus omnibus corrigendis, noster Raphlengius, in Hebræis & Chaldæis iuxtà ac in Græcis sanè perdoctus nos iuuit, eo nõ solùm quo multùm pollet maturo iudicio, sed etiam suis, quas

BENEDICTO ARIAE MONTANO
TH. DOCTISS. SALVTEM PRECATVR
ÆTERNAM GVIDO FABRICIVS BODERIANVS.

QVanta ex linguarum cognitione percipiatur vtilitas, illarum maximè quibus ad nos doctissimorum virorum præclara, omnisque eruditionis plena monumenta peruenere, nemo hoc seculo viuit, Aria doctissime, qui te prudentius & melius iudicare atque dignoscere possit; cùm propter earum quam assecutus es exactam peritiam, tum verò quòd in ijs à longo tempore adeò feliciter te exercuisti, vt omnes non solùm qui te præcesserunt, quantumuis nominis celebres, hac in re superes; sed posteris etiam potius quem sequi debeant, & quò peruenire queant, limitasse; quàm, quod inuenire vltrà possint, reliquisse videaris. Id quod ingens hoc, & verè regale opus, cui mandato Catholicæ maiestatis præfuisti, quodque multis aliis nouis commentationibus, antehac à nemine perceptis & comprehensis, velut rutilantibus gemmis insigniuisti, luce clarius tandem patefaciet, cùm citra omnium inuidiam audacter in studiosorum vulgus prodibit. Ego igitur impræsentiarum (ne, vt aiunt, sus Mineruam) satis fecisse me arbitrabor, si pauca de dignitate & antiquitate Chaldaicæ Syræque linguæ attigero. Primùm ergo quod ad Chaldæam Babylonicam attinet, certum est eam vnà cum Assyriorum monarchia liberalium artium tractatione, legumque ac iurium promulgatione excultam, longè lateque pomœria sua protulisse. Sic enim natura comparatum est, vt is penes quem est rerum summa ac maxima imperij orbis terrarum administratio, cum legibus & edictis suis suam quoque linguam populis sibi subditis tribuat: aut saltem, si non continuò in omnibus prouinciis quibus huiusmodi princeps imperat, ipsius idioma tanquam vernaculum in omnium ore versatur, sensim tamen illuc irrepit, ac radices suas quàm latissimè diffundit. Atque rem ita se habere satis ex Græcorum sub Alexandro, & Romanorum sub Augusto Cæsare, monarchia constat. In illa siquidem Græcum idioma à Poëtis primùm, deinde à Philosophis & Oratoribus cultum & exornatum, ad summum nitoris & elegantiæ apicem peruenit. In altera verò circa florentissimum & felicissimum Octauij imperium, & paulò antè; præclarissima illa Varronis, Caij Cæsaris, Ciceronis, Sallustij, Virgilij, Horatij, Nasonis, aliorumque quamplurimorũ doctrina & facultate dicendi præstantissimorum virorum ingenia, Latini eloquij diuitias ad supremum dignitatis fastigium perduxerunt. & licet tanta librorũ copia in Chaldaismo hodie non extet, quanta in Hellenismo, Latinoque sermone, credibile tamen non est, primæ monarchiæ tam latè patentis idioma, minus quàm alia duo, splendoris, elegantiarum & ornamenti adeptum fuisse. Sed quod summoperè deflendum est, periit nobis iniuria temporum maxima pars veterum monumentorum, quibus antiquissima Babyloniorum lingua consignata, & per manus maiorum ad posteritatem transmissa fuerat. Attamen vel ex paucissimis illis huius linguæ thesauris, qui etiamnum extant, de amplitudine eius nullo modo dubitare possumus, cùm multa sint eius vestigia, quæ adhuc in innumeris, cùm Græcis & Latinis, tum linguarum aliarum vocabulis passim reperiuntur, vt aliquando, non sine delectu, cautione adhibita, ostensuri sumus, dummodo Deus Opt. Maximus vota nostra secundet. Quis enim ambigere potest, quin Medi & Persæ, qui clauum imperij, quem ab Assyriis vi & armis eripuerant, alternis tenuerunt; eorum quoque libros, præclariora monarchiæ insignia, ex archiuis publicis expilauerint? Eccui præterea dubium est, quin Macedonum ille tyrannus, & euersor Asiæ Alexander, tam raram librorum supellectilem vtrique genti postea sustulerit; quam eius præceptor Aristoteles (qui primus Athenis priuatam bibliothecam ex omni genere librorũ instruxisse fertur) suppressis auctorũ nominibus, quasi mercem interpolatam, in proprios vsus conuertit? Vnde enim vni homini tanta rerũ omnium cognitio, nisi ex veterũ Iudæorũ & Chaldæorum, vt Zoroastris, & similium monumentis, quæ Metaphysicam, Mathematicam, Physicam, Politicam, Logicam denique continebant, atque conseruabant? Cui quidem non meæ tantùm, sed & recentiorum quorundam sententiæ plenissimam ástruit fidem Clearchus Aristotelicæ scholæ haud ignobilis alumnus. In libro siquidem De somno memoriæ prodidit; Quòd cùm Aristoteles disceptaret cum Hyperochide, dixerit: Iudæus erat, qui ab altioribus Asiæ locis, ad maritimas ciuitates descendens, & lingua & animo Græcus fuit. Cumque accidisset, vt eo tempore nos quoque in maritimis Asiæ locis versaremur, philosophiæ amore ad nos sponte venit, qui multò plura nobis attulit, quàm acceperit. Hæc pro Iudæis Clearchus. Pro Chaldæis verò Plato, quamuis Græcus, tamen erga eos per quos profecerat, magis gratus, quàm versutus ille Aristoteles, scriptis mandare in Alcibiade non erubuit, Magiam Zoroastris nihil aliud esse, quàm diuini cultus scientiam, qua filios Persarum reges erudiebant, vt ad exemplar mundanæ reipub. suam ipsi regere rempub. addiscerent. Idem in Epinomide Syris & Ægyptiis propter æstiui temporis in vtraque regione serenitatem, vbi stellæ omnes clarè cernuntur, semper Astrologiæ tribuit inuentionem, Syrumque quempiam auctorem nominum fuisse, perhibet. Nam de planeta Veneris verba faciens in hunc modum, ait: Lucifer enim qui & Vesper, stella ἀφεδήτης esse dicitur, quod dictum Syrio nominum auctori valde congruum est. Hactenus Plato. Quem vel ex hoc loco euidenter constat, sacri & antiqui cùm Hebræi, tum Chaldæi sermonis haud imperitum fuisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DICTIONARIVM

SYRO-CHALDAICVM,

GVIDONE FABRICIO BODERIANO

COLLECTORE ET AVCTORE.



ANTVERPIÆ
Excudebat Christophorus Plantinus
Prototypographus Regius.
M. D. LXXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duodecimus ܬܒܐܟ Teboch.
Decim⁹ tertius ܐܠܘܠ Elul.

Porro annum, vt cæteri ad Orientem colentes homines, numerant ab Alexandro magno. Affirmabat autē mihi Moses Mardenus, Syros numerare, ab Alexandro vsque ad initium anni Christi cIↃ. IↃ. LIII. quo anno vtebar eo præceptore horis succisiuis Romæ. affirmabat, inquā, ad id vsq. tempus ab Alexandro numerare Syros, annos cIↃ. IↃ. CCCLXIV. Qui computus non ferè dissentit ab eo, quem Ecclesiastica historia Nicephori ab Alexandro ad Concilium Nicenum prodidit. Sullaka verò Mozallanus, quo familiariter Romæ vtebar, cū creandus esset in Patriarcham Nestorianorū, scribit ab Alexandro ad nuncium Gabrielis Archangeli, quo Christvm nobis ille nunciauit, fluxisse annos CCC. verùm opinor hunc, annorū circiter XXIIX. qui supersunt, rationem non habuisse.

& hîc Tau aduentitium est. vide suprà in Schin.

ܬܬܐ Ficus arbor. sed ܬܐܢܐ Fructus. vide suprà. Iac. 3.

Nomina Mensivm *quibus Syri vtūtur. Inchoant autem annum ab Autumno, vt Hebræi. & habent mensem intercalarem.*

Primvs Mensis est apud Syros ܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ Tisrin primus, siue prior. respondet autē ferè nostri Septembris Lunæ. Sunt enim Syrorum menses lunares, vt Hebræorum.

Secundus est ܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝܢ Tisri alter.

Tertius ܟܢܘܢ ܩܕܝܡ Conun prior.

Quartus ܟܢܘܢ ܐܚܪܝܢ Conun alter.

Quintus ܫܒܛ Sebet.

Sextus ܐܕܪ Adar.

Septimus ܢܝܣܢ Nisan.

Octauus ܐܝܪ Iiorr.

Nonus ܚܙܝܪܢ Haziran. à Solis recessu dictus, vt videtur.

Decimus ܬܡܘܙ Tamuz.

Vndecimus ܐܒ Ab.

ܫܟܪ dictum est. Et Aduerbium ܬܪܝܨܐܝܬ Rectè, probè. Et ܬܪܝܨܘܬܐ Probitas. Item Emendatio, castigatio, cùm de libris agitur. Idem ܬܘܪܨܐ Hebr. 9. & Bar-Cepha.

ܬܪ & ܬܪܪ Idem quod ܢܬܪ Defluere, decidere, vt folia cùm marcescunt. Ab hoc verbo esse videri potest illud ܬܘܪܬ, quod Psal. 88. positum est pro Hebræo אָפוּנָה, vt significet, Defeci, emarcui, defluxi. sitque prima persona præteriti Kal, posito Vau pro geminatione literæ Risch quę excidit: Caninam enim illam literam non libenter geminant. vide suprà ܬܘܪ.

ܬܫܒܚܬܐ Idem quod ᾠδὴ, Canticum. Deut. 31. à verbo ܫܒܚ, quod significat Laudare. Et numero plurali, ܬܫܒܘܚܬܐ Cantica.

ܬܫܘܝܬܐ Lectus. à sternendo, vt suprà in Schin dixi. Tau enim est seruile. Idem quod ערם & צוע Hebræis. Psalm. 132. & alibi sæpè.

ܬܫܥܝܬܐ Narratio, historia.

Finis.

Hoc *Syrorum Peculium, diligenter à linguæ Syræ peritis lectum, & examinatum, dignum iudicamus quod typis excudatur. Actum post. idie Calend. Septembres, Anno* cIↃ. IↃ. LXX.

Augustinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri Goudanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

malis esse à ܡ, propter Olaph, cùm Hebræi dicãt ירה Docere.

ܕܘ ܡܚܡܝܢ ἀμφοτερόδεξιος, ac si dicas, Qui duas habet dextras manus. Iudic.3.

ܐܣܬܢ Quod medici vocant Secũdinam, id quod post fœtun eiiciunt feminæ. Deut. 28. in tralatione Aquilæ.

ܦܫ Pascere. verbum quatuor literarum. quod, vt cetera talia, vsurpatur in Piel, τρέφειν. Iosuæ 14. Et בְּלִבָּל Psalm. 55. & ܡܙܘܢܬܢ Nutritius, Pastor. Psalm. 84.

ܦܬ Apertum esse. vnde ܦܬܚ Porta, ostium. Et actiuè idem quod בקע Diuisit, secuit. Psal. 78. quia quæ secamus, ea aperimus, & diducimus. & פָּרַץ Dissipauit, disrupit. Psal. 80. Et ܐܬܦܬܚ idem quod פָּרַץ Psal.106. Et in Hithpael, Disrumpi. 4.Reg.25.

ܐܬܝܕܥ Conscientia, propositum animi, voluntas, mens. verùm in hoc Nomine Tau est seruile. & positio est ܝ; de qua antè satis multa. Positum est autem ܐܬܚܫܒ pro βουλὴ, à Bar-Cepha. Et pro מְזִמָּה Psal. 10. Huic vocabulo subiiciunt Syri etiam sententiam scripti, aut verborum.

ܬܩ Emendare, corrigere, rectum facere, dirigere, sicut יָשַׁר Hebræis. Psal. 25. Dirigens peccatores in viam. Et Syri cùm bonorum virorum mentionem faciunt, qui exierunt è vita, dicunt, ܙܕܝܩ ܗܘ ܐܬܬܪ sicut nos, Felicis memoriæ. quin etiam de viuentibus id vsurpant, quos honoris caussa nominant. Est enim ferè, quod Græca vox εὐσεβέστατος, aut εὐσεβὴς. planè vt si quos contemptim nominant, dicunt ܫܚܝ ܫܚ, aut numero plurali ܫܚܝܢ ܫܚ hoc est, Infamis, & mali nominis, vt in

ܡܫܚܬ Putredo. à Verbo ܫܚ.

ܪ Meïere, vrinam reddere. Sed scribitur sæpè cum Olaph in medio. Vnde Nomen ܐܘܪ Vrina, lotium. 4. Reg. 18. pertinet ad quiescent. in medio. At cùm est ex geminantibus secundam, significat Fumũ facere; vsurpatúrque ferè in Hiphil. vt ܐܪ Fumum fecit.

ܬܪ Mutatio, commutatio. à verbo ܫܢܐ, pro שנה, Psal. 77. ℣.10. Et Psalm. 40. ac 70. est loco עָקַב, quamuis Iudæi id vocabulũ interpretentur mercedem, nimirum quę est veluti commutatio operæ, & officij. Item ܬܢܝܢ Draco. idem quod תַּנִּים Psal. 44. vsurpatur autem verbum ܫܢܐ à Syris, non solùm pro Mutare, & pro Iterare, verùm etiam pro סָפַר Narrare, recitare: sicut Dei præcepta apud nos meditãdo recitamus. quod Hispani dicũt, *Rezar como clerigo*. Et etiam simpliciter, pro ἐξηγεῖσθαι, Narrare, exponere rem gestam. in Piel. 4. Reg. 8.

ܐܢܚܬ Suspirium. Bar-Cepha. Scribitur etiam ܐܢܚܬ. Et verbum ipsum ܐܢܚ est Suspirare, in Hithpael. 2. Cor. 5.

ܗܟ Hîc, hoc loco, ὧδε.

ܐܫܬܐ Act. 20. positum est pro Græco ἆσαι. suspicor mendosè Tau pro Olaph scriptum esse.

ܥܪܦܠ Nubilum, obscurum. Deutet. 33. est à themate ܥܪܦ, vt arbitror.

ܦ Et numero pluriũ ܦ, idem quod פלגים Hebraicè. Ps. 1. Et Psalm. 36. Fluenta, riuuli aquarum; *ruisseaux* Gallicè.

ܐܘܬܦ σκευάσματα, Vasa, supellex. Iudith 15.

ܝܕ Docere, παιδαγωγεῖν. vnde ܝܕ παιδαγωγός. 1. Corint. 4. Hinc est & ܐܘܝܕ Doctrina, apud Bar-Cepha. Nisi putare Item Immorari aliquibus rebus. vnde est Aduerbium ܒܬܘܕ, pro Græco ὑπομένειν. Luc. 22. Prolixius, & ampliore studio.

ܟܝ Idem quod κεφάτεδον, Fimbria. Matth. 22. Ceterùm à verbo ܟܕ, quod Fidere significat, est Aduerbium ܒܟܕ Confidenter. Deut. 33. Et Nomen ܐܡܟܢ Spes. Bar-Cepha.

ܟܫ Dare offendiculum, in Piel. 1. Corinth. 9. Impediri, in Hithpael. Rom. 15.

ܠܒܫ Vestis, ἱμάτιον, & περιβόλαιον, quo operimur. Litera Tau est ascita.

ܢܦ Idẽ quod κουφίζειν, Onus demere. 1. Reg. 6. & Tollere. 1. Reg. 18. αἴρειν.

ܢ Idem quod שלג Nix. Psalm. 68.

ܐܣܝܢ Humor. Luc. 8.

ܣ Collis. Deut. 33.

ܐܬܪܥ ἔκστασις, θάμβος. Act. 10. 1. Reg. 26. Et verbũ ipsum ܫܬܪܥ, pro Hebraico יִשְׁתָּאוּ, quod Iudæi interpretãtur, Desolabũtur. Sed videtur potius significare, Stupebũt, attoniti erunt. Psal. 40. Rursus quod est Psalm. 42. וַתְּהִמִּי עָלַי, interpretatur Syrus ܐܬܬܪܥ Obstupefecit me, præteritum feminum Piel. Denique pro Hebraico שָׁמָּה Psalm. 73. quod rectius, meo iudicio, Stuporem, quàm Desolationem dicas, est in Syro ܬܪܥ. Postremò Lucæ 24. pro Græco ἐξέστησαν ἡμᾶς, est in Hiphil ܐܬܬܪܥ. Et Act. 8. vide suprà ܐܬܪ in Olaph. Significat autem hæc positio in leni inflexionum formula, Admirari, vt apud Hebræos. Et ἐκπορεύεσθαι. vnde est ܐܬܪ ܬܕܡܪ, Venerabilis. Et dignitate vultus admirabilis. 4. Reg. 5.

ܐܠ Illic.

ܫܪ Quod est superfluum, reliquum, quod supereſt, à ܫܪ.

ܐܬܪ Demonstratio. vide suprà ܐܬ.

ܣܟܝܦ Vicarius, qui vicariam operam præstat: & in alterius succedit locum. ab ܣܟ. Hoc vocabulo sic vtitur Patriarcha Nestorianorum in sua professione fidei, facta pontificatu Pij quarti. alioqui est ἄλλαγμα, Precium. 2. Reg. vltimo. & 3. Reg. 21.

ܐܬܪ διορίζειν, Definire, præscribere. Iosuæ 5. Et Bar-Cepha verbum διωρισμένον, quod est in Gregorio Nyssæo, vertit ܡܬܬܪ. Et inde Nomen ܡܬܪ ὁρισμός. Esther 5.

ܐܬܪ οἰκτός, Misericordia. Esther 3.

ܐܬܪ Velamen. Petr. 2. Deut. 22. ab ܐܬ.

ܒ Contignatio, pars domus supra fundamentum. Bar-Cepha.

ܦ Fex. idem quod Hebraicum שְׁמָר. eadem etiã notatione facta vox; quia conseruat vinum, sub quo desedit. Psal. 75. Et inde Nomen ܡܫܡܪ Feculentum. Psal. 60. & Psalmo 75.

ܒ Idem quod σφών, περίβολος, περιφέρεια, τεῖχος, Sepimentum, quod iubetur fieri circum aream in extruenda noua domo. Deuter. 22. vbi in Hebræo est מעקה, in Chaldæo חֵיקָא. Puto Syros sinmsisse Græcam vocem τεῖχος.

ܐܬܪ Positum est pro Hebræo עִתּוֹת Psal. 12.

ܒܕ Idem quod ἐπικεῖσθαι, Incumbere magno studio, vrgere, instare. Lucæ 23. ἐπέχειν. Esth. 8. Et σωεπιθέσθαι. Deut. 32. Nam pro Græco ἵνα μὴ σὺνεπιθῶνται ὁ ὑπ' ἐναντίοι, reddidit Syrus, ܕܠܐ ܢܬܒܕܘܢ ܥܠ ܒܥܠ ?ܕܒܥܝܢ

Item Differre, contari, διαβάλλεσθαι. Act. 24. Et hinc Nomẽ ܡܬܘܠ Dilatio, procrastinatio. Act. 25. Et ܡܬܘܠ idem. At ܐܬܘܠ est à ܬܘ ἔκστασις. libro Iudicum. Et 1. Reg. 11. Stupor, perturbatio animi. &c. Vide suo loco inferius.

ܬܘ Admirari, mirari, stupere, ἐκπλήττεσθαι. Matt. 7. Act. 2. Et inde Nomen ܬܘܬ Res admiratione dignæ, admirabiles. & ܡܬܘ Quem homines admirantur.

ܬ Pœnitere. Et in Hithpael ܐܬܒ Pœnituit. Matt. 21. vnde sunt Nomina ܬ, & ܡܫܬܘܬܐ Pœnitentia, μεταμέλεσθαι. 4. Reg. 3.

ܬܘ Rursus, præterea, insuper. particula continuatiua frequens apud Syros, sicut nos vulgò, Item, dicere solemus.

ܬܘ θαμβεῖν, Stupere, tremere, ἐξίστασθαι, ἐκπλήττεσθαι, θροεῖσθαι, Perturbari. vnde est Nomen ܐܬܘ ἔκστασις. vide suprà.

ܐܬܒ Aduena, inquilinus. à ܒܬ Sedit. Græcè πάροικος.

ܒ & ܒܬ Cubiculũ, cella, pars interior domus. Luc. 12. Numero plurium dicimus, ܒܬ ταμεῖα. Deut. 32. 3. Reg. 1. Et palatium regale. Bar-Ceph.

ܡܫܟܠ Scandalum, offendiculum.

ܬ Dubitare, ambigere, διαπορεῖν. Act. 5. Et Psalm. 88. pro אֶפְעֶה, quod Iudæi interpretãtur Ambigam, attonitus ero, ac stupidus, aut dubius; est in Syro ܦ Hæsitaui, dubitaui, in Piel. nisi putes hoc esse à ܬ. vide infrà. Sed puto scribendam esse vocalem secundam sub prima litera Tau, vt sit formulæ Kal.

ܥ Idem quod Hebraicum תֹּהוּ Inane, vacuum, chaos, &c. Psal. 107. in extremo.

ܬ Quæstus. Act. 16.

ܐ Idem quod Hebraicum וְשָׁא. vnde est in Genes. cap. 1. ܐܪܥ ܘܫܡܝܐ ܐܬ ܘܐ pro eo quod est Hebraicè הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ וְשָׁא עָשָׂה. Et Psalm. 65. ponitur loco נָשַׁן. Nam illud, Cæli tui stillabunt pinguedinem, interpretatus est Syrus, ܢܫܚܘܢ ܛܠܐ ܒܐܪܚ ܕܝܠܟ Vituli tui saturabuntur herba.

ܬܐ Græcum est, Theatrum. Act. 19.

ܛ Tetrum, minimè purum, & syncerum. Bar-Cepha.

ܬ Gemini. vnde capitur pro διόσκουροι. Castor & Pollux. Act. 28. Et hinc est Thomæ nomen; cuius interpretatio est δίδυμος. Et ܬܘ Turrim, Cardines. 3. Reg. 7.

ܬ Ficus, fructus. at ܐ arbor est. Iacob. 3. confunduntur tamen.

ܐ Propositum, mens, voluntas, σύνειδησις, conscientia. 1. Timoth. 4. 1. Corinth. 8. Et etiam sententia alicuius dicti, aut scripti. Bar-Cepha vtitur etiam ܐܘ pro Disciplina, παίδευσις. Sed hoc est à verbo ܐ, de quo infrà.

ܕ Vindicare, vlcisci, interrogare, exigere, non solùm pœnam, sed etiam aliud quiduis. Act. 7. Deuter. 18. & 24. Hebr. 10. Petr. 2. & 3.

ܓ Græcum est τάγμα, Cohors, ordo, acies structa. Sullaka.

ܬ Mercator. Matth. 13.

ܬܘܡ Limites, fines, termini. Vnde dicunt de Adamo electo & eliminato extra Paradisum, ܐܕ ܡ ܐ ܡ quod Græci vno verbo dicunt ἐξώλεσε αὐτὸν.

ܬ In Kal Pœnitere. In Piel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſum ܥܡ idem quod ܫܒܩ λείπεσθαι.

ܥܙ Delinquere, peccare. vnde eſt ܥܘܙܐ Delictum.

ܥܙ & ܥܢ Ex ordine geminantium literam ſecundam, eſt Confirmare. Luc. 22. Et abſolutè, Certum, firmum, fixum eſſe. Et Nomen ܥܙܐ Veritas. Et Aduerbium ܒܥܙܐ Verè. Vnde Pſalmo 118. in He, pro ה֝קֵם Confirma, certò conſtitue ſeruo tuo verbum tuum, eſt in Syro ܐܥ in Hiphil. Hinc etiã cibus ſolidus, firmus, vocatur ܐܟܠܐ ܕܥܙܐ Hebr. 5.

ܡܥܙܐ ἑστιατορία, Victus, cibus. 4. Regum vltimo capite in extremo. Nimirum quo corpus reficitur, & ſoluitur à labore. à verbo ܥܙ.

ܥܙ In Bar-Cepha appoſitũ eſt ad appetitũ, ſignificatq. diſſolutam appetentiam, neque à recta ratione refrenatam, & temperatam. Pertinet etiã hoc ad poſitionẽ ܥܙ; quæ vt Chaldæis, ita & Syris Solui, diſſolui, inter alia, ſignificat.

ܥܙ Augere. vnde eſt Nomẽ ܡܥܙܢܐ Augmentum. In hoc quoq. verbo, vt in ܥܟ & quibuſdam aliis quæ diximus, addita eſt initio litera Schin.

ܐܣܐ Fundamentum. Bar-Cepha. vide ſuprà ܐܣܐ. eſt, opinor, Græcum σάσις. quia totum ædificium fundamento nititur, in eoq. conſiſtit.

ܐܣܐ Plantæ, & τὰ ἄλση, hoc eſt, Lucos diis conſecratos vocant hoc nomine Syri, libro Iudicum. quippe loca plantis conſita.

ܐܠ Communicare ſignificat, vt apud Chaldæos. Huius autẽ verbi prima perſona futuri tẽporis ܐܠ ſæpè vſurpatur à Syris pro Aduerbio optãdi, Vtinam, ὄφελον, εἴγε. &c.

Nomen ex Participio paſſiuo formatũ, ſignificat Hominem conſternatũ, παράπληκτον. Deuter. 28. quaſi ſubita permotione animi affectũ. Hebraicè eſt eo loco נִפְעָם. Et ipſum verbum ponitur pro Allidere ad terrã. 4. Reg. 8. & alibi.

ܥܙ Nõ ſolùm Soluere, diſſoluere; ſed Reficere ſe, & recreare, ſiue quietè, ſiue cibo, ſignificat apud Syros. Poſitum eſt etiam pro διακωλῦσαι, Prohibere. Iudith 4. Nimirũ quia diſſolutus militũ globus, impeditur à pugna. Cetera pete ex Aruch Chaldaico.

ܕܥܙ Generatio, familia. Et γένεσις, Natiuitas. Iac. 3. & ܕܥ idem. Bar-Cepha.

ܡܐܘܥ ἀφοσφάτως, Nuper, recens. Iudith 4. eſt à ܥܙ Incipere.

ܥܘܙ Idem quod ברושים. Pſalm. 104. vulgò interpretantur Abietes arbores. At quod Græcè eſt κυπάρισσος, redditur hoc vocabulo à Syro vbique. Significat ergo Cupreſſos.

ܥܢ Articuli in corpore hominis. Ephræm. & Coloſſ. 2. Et ܒܥܙ idem. Hebr. 4. vbi Græcè eſt ἁρμῶν. Et ܥܢ Cõmiſſuræ, ἁφαὶ. Epheſ. 4.

ܥܢ Communicare, participem eſſe, σωτρέχειν. Petr. 4. in Hithpael. At Rom. 1. poſitum eſt in eadem formula inflectẽdi pro ἐξεκαύθησαν, Exarſerũt. Sed eadẽ vna eſt ſignificatio, nempe, Cupidè ferri ad participandũ rem quampiam.

ܥܙ Reliquum. Pſalm. 76. Vnde Deuter. 17. illud, τὰ λοιπὰ ἔθνη, redditur à Syro ܥܙ ܕܥܡܡܐ. Et quod nos vulgò dicimus, Et cetera. Syri dicũt, ܥܙ ܘܥ. vel etiam abſque Tau ܥܙ ܘܥ. & ܥܙ ܘܥ Ceteri. Et ܥܙ τὸ λεῖμμα, Reliquiæ. 1. Reg. 9. Et Verbũ

ܥܙ Pulchrum eſſe viſu, placere, bene ſe habere. vnde ܥܙ τὸ καλὸν. & ܥܙ καλῶς εὖ. Syri Græca vocabula quæ compoſita ſunt ex εὖ, ferè hac voce per circuitionem quandam efferunt, vt εὐσέβειαν, vocant ܠܐ ܕܥܒܕ ܠܘ ܥܙ. Et ſimiliter in aliis, vt ܥܙ ܕܘ εὐμεγέθης, Procerus. 1. Regum 9. ܥܙ ܕܠܐ εὐπρεπής. &c.

ܥܒܕ Tollere, portare, ſuſtinere. vnde loco verbi נשא poſitum eſt Pſal. 72. ℣. 3. cùm dicitur, Deferent montes pacem populo. Et ſimiliter Pſalmo 7. Hinc ܥܒܕ ܥܒܕ vocantur ῥαβδοῦχοι. Act. 16. Inſuper ſignificat, Abire, migrare, ἀπαίρεσθαι. Et Iudicum 7. ἐξορμῶ, Erumpere, cum quodam impetu diſcedere. Et in Hiphil, Abducere, auferre. Pſal. 78. Præterea, Superbum, & elatum eſſe, in Hithpael; ac ſi dicas, Efferre ſe. Deut. 17. in margine. Et rurſus Deuter. 18. & 3. Reg. 1. vnde eſt Nomen ex eadem coniugatione formatum ܡܥܒܕ idem quod ὑπερηφανία, Superbia. Deuteron. 18. Scribitur etiam abſque Tau ܡܥܒܕ 1. Regum 17. Quod porrò Act. 24. pro Græco διὰ τῆς σῆς προνοίας, per tuam prouidentiam, dictũ eſt à Syro ܥܒܕ ܠܚܢ. eſt ac ſi dicas, per hoc quod tu rerum pondus ſuſtines, & geris, per tuum munus, per tuam procurationem, διὰ τὸ σὸν ἐπιτρόπευμα. Et ſanè rectius cõiunctè & continuò ſcriberetur illud, tãquam vnum, ſed compoſitum nomẽ. ܥܒܕ; quod ἐπιτρόπευμα, hoc eſt, munus, officium, ſtudium, actionemque ſignificat. Eſth. 8. & apud Patriarcham Antiochenum.

ܥܒܕ Præcipitium, præruptus locus. vnde ܡܥܒܕ,

διωγμόν. Iac. 2. hoc eſt, pervim inſultare alicui, eumque opprimere. Aliàs eſt μεγαλαυχεῖν, & καταχαυχᾶσθαι, Superbire inſolenter, atq. ſeſe iactare. Bar-Cepha. Et in Hithpael ὑπεραίρεσθαι. Puto literã Schin per protheſin appoſitam eſſe ad verbum ܥܒ. de qua protheſi diximus in noſtra Grammatica.

ܐܦ In Hiphil ſignificat Concedere, contentum reddere aliquem. Nam illud Baſilij ad Neocæſarienſes epiſtola ſecunda, ἔστιν ὅπου καὶ συγχωρῆσαι τῷ ἔθει τοῦ ἐναγομένου, reddidit Patriarcha, ܠܐ ܐܦ ܕܥܒ ܘܥ ܕܚܛܝ &c.

ܐܦ καταμαντίζειν, Transfigere, confodere. Iudith 1. ὑπερώκειν, Vulnerare, fauciare. Iudith vltimo. in Piel.

ܐܦ Abundãs, copioſum: Item Purum, γνήσιον.

ܐܦ Eſt Pſal. 68. pro Hebraico שְׁפָתַיִם: quod Iudæi interpretantur Tripodes. Eſt autem σκῶλον Offendiculum. Iudic. 11. Stimulus. 2. Corint. 12. Ceteroqui poſitio ܐܦ ſignificat Polire, leuigare, abradere, &c.

ܐܦ In Piel, eſt Superare aliquem viribus, quaſi dicas, Deprimere quempiam, eumq. humilem reddere, deiicere. Act. 19. vbi Græcè eſt, ἴσχυσε καθ' αὐτῶν. de dæmonio, quod ſuperabat filios Sceuæ, nõ credentes in Chriſtum.

ܐܦ Ora, fimbria, extremitas, limes, finis rei. Pſalmo 48. eſt poſitum pro Hebraico יַרְכְּתֵי.

ܐܦ Effundi. & in formulis actiuis, Effundere. Epheſ. 1. vnde Nomen ܐܦ Effuſio. Hebr. 9. At ܡܐܦ redditur à Patriarcha, quod eſt apud Baſilium φιλοδωρία.

ܐܦ

Græcis eſt, ἐξηλίαζεν, at malè apud Complutenſes ἐξιλέωσαν. Et ſimiliter in ſequentibus.

ܐܠ & ܐܢ Mente moueri, dementem eſſe, inſanire, μαίνεσθαι. Ioan. 10. Act. 26. Vnde eſt Nomen ܐܢ Mente motus. & ܡܐܠ Inſania, dementia. &c. Item μετατίθεσθαι, Aliò transferri. Hebr. 11. μεταβαίνειν, Epiſt. Ioan. cap. 3. Et ἀναχωρεῖν. Recedere, retrò abire. Ioſ. 8. Iudic. 5. ܐܬܐ ܡܐ ܘܐ ܐܢ, ἀφίσταται ἀπ' αὐτοῦ. 1. Regum 16. Vtuntur etiam Syri pro Fero: dicũt enim ܐܢ ܠܘ, pro Gręco θηρία, Beſtiæ, feræ.

ܛܘܪ Mons, qui Hebraicè vocatur שְׂעִיר Pſalm. 29. de quo monte vide commentariũ noſtrum in Ioſuam.

ܐܢ Torquere, ſupplicio afficere, ὑμωρεῖν, βασανίζειν. 1. Reg. 5. Act. 26. Et inde Nomen ܐܢ Supplicium, ὑμωρία. Bar-Cepha. & Hebr. 11. Et βάσανον. 1. Reg. 6.

ܐܙ In Hithpael, eſt Ludere, παίζειν. Iudic. 16. 1. Cor. 10. Exod. 32. Ceteroqui, vt Chaldæis, eſt Narrare. vnde eſt Nomen ܐܙ Fabula. Eph. 5. & ܡܐܙ Narratio, hiſtoria, &c. apud Bar-Cepha. & ܡܘܡܝܐ ὁμιλία, Colloquium. 1. Cor. 15. Fabula. 1. Tim. 1.

ܥܒܕ Pro Exutis, nudis. apud Bar-Cepha poſitum eſt: Participium Paul, coniugationis vel Piel, vel Hiphil (neque enim non appoſitis vocalibus dignoſci poteſt) à verbo ܥܕ, ex geminantium ordine. ſignificat enim ܥܕ Nudum, glabrumque eſſe. Verba Bar-Cepha ſunt: ܥܒܕ ܒܕ ܥܐ, Exuti corpore, nudati corpore. loquitur autem de animis in paradiſo verſantibus, vſque ad diem reſurrectionis.

ܥܕ Aliquando eſt καθαρὰ Gutta. Luc. 22.

ܥܕ Cum He, tertio loco, eſt Nominare. Verbum Syris vſitatiſſimum.

ܥܠ Significat etiam Cælum palati. Pſal. 22.

ܥܟ Et nonnunquam cum Olaph loco Iud in fine, (nam eæ literæ illic facillimè commutantur, vt in Grammatica dixi) eſt perficere, abſoluere, quaſi dicas, Plenè facere. Nam etiam hoc verbum Syri per protheſin literæ Schin fecerunt, à ſimplici verbo ܐܠ. Vnde Nomẽ à participio Piel factũ ܡܥܒܕ Perfectus, τέλειος. Deuter. 18. vbi in Hebræo eſt תָּמִים.

ܥܒ Adultum eſſe. propriè de fructibus maturis. Marc. 4.

ܥܕ Præter peruulgatam ſignificationem, etiam vſurpatur à Chaldæis ad hunc modũ, ܐܝܟ ܐܢ ܥܕ pro eo quod nos dicimus, Verbi gratia, exẽpli cauſſa. &c. In Hithpael quoq. frequenter vtuntur Syri pro Obedire. Et inde formant Nomen ܡܥܒܕܢܐ Obedientia: & præpoſita negatione ܠܐ ܡܥܒܕܢܐ Rebellio, inobedientia, vt ſic dicam.

ܫܕ Dimittere, amittere, amandare, ἀποστέλλειν. Deut. 22. vbi agitur, de matre auicula dimittenda, neque vnà cum pullis capienda. In Hebræo eſt illic שלח.

ܥܒܕ Seruire. & ſæpè refertur ad cultum Dei. Vnde ܠܥܒܕ appellãt Cultum diuinum & religionem. Et ܡܥܒܕ ܠܐ Initiatus Deo, Dei cultui mancipatus. Iac. 1. eſt enim Participium Paul, cõiugationis Piel. Eſt etiam verbum quatuor literarũ, ܥܒܕ 2. Reg. 21. pro, ad Solem exponere. Nam rectè in vulgatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut שפה Hebræorum. Psal. 83. Act. 5. Ios. 10. Et in Piel, Pacare, tranquillare. Et idem quod מָשָׁה Extrahere. Psal. 18. vnde est apud Hebræos Nomẽ שְׁלִיָּה, pro eo quod fœminæ eiiciunt post fœtum. & מִי מְשִׁי De improuiso. Et מִי per apocopen, pro ἐξάπινα. Iosuæ 11. מְשִׁי ἡσυχῇ, tacitè, Iud. 4. Et Nomen מְשִׁי Quies, vnde dicũt מְשִׁי ἀδιαλείπτως, sine intermissione. 1. Thess. vlt.

מְשִׁי Ios. 18. est pro Græco νάπη, Vallis, qua voce LXXII. reddiderunt illic vocabulum גיא, quod est in Hebræo.

מְשִׁי Corpus mortuũ, נְבֵלָה Psal. 79. ὑπομιμαῖον. 3. Reg. 13.

מְשִׁי Idem quod συζεφὴ, Examẽ, apum scilicet. Iud. 14. Ceteroqui significat hæc positio: & Mittere, & nudare, vt Chaldæis. Et מְשִׁי est Apostolus, missus, legatus.

מְשִׁי Pollere auctoritate. Insuper ἐξεῖναι, Licere, permissum esse, ab illis scilicet, qui auctoritate sunt præditi. Et מְשִׁי vocant Syri Liberum arbitrium.

מְשִׁי Idem quod Hebraicè שְׁלִיָּה id quod post fœtum excernitur. Deut. 28.

מְשִׁי Tradere, prodere. Et Nomẽ מְשִׁי tum proditionem, tum traditionem significat. Sæpè tamen vsurpatur à Syris pro Tralatione alicuius interpretis, præsertim è veteribus. Item Consentire. Luc. 23. & alibi sæpè. Præterea Absoluere, perficere, in actiuo. aut Perfici, absolui, absolutè. Vnde & pro Mori vsurpatur, sicut Græcorum τελευτάω. Et Nomen מְשִׁי τελευτὴ, Finis. Hebr. 7. Et τὸ πλήρωμα. Galat. 4. Et τάφη. Deuter. 34. Nimirum quia funus est vitæ finis.

מְשִׁי

e

pael, In pace esse. Act. 7. 3. Regum vltimo. Hinc Nomen מְשִׁי Pax. & מְשִׁי, τὰ εἰρηνικὰ, Pacifica, ad pacem spectantia. Deut. 20. Et Aduerbium מְשִׁי Pacificè, εἰρηνικῶς, pacatè. At odiendi verbum scribitur per Somchat à Syris.

מְשִׁי Idem quod ζωὴς, Cumulus. Iosuæ 3.

מְשִׁי Dormire, hoc est, Mortuum esse. de Stephano dictum est. Act. 7. vbi Græcè est, ἐκοιμήθη.

מְשִׁי Significat quidem Inuenire, vt Chaldæis; verùm præterea vsurpatur sæpè, pro Posse, valere. sicut מְשִׁי. veluti cùm dicunt, Ego non possum; aut non queo hoc efficere. מְשִׁי Item מְשִׁי. Nõ potest fieri. &c. Et ferè vsurpatur in Hiphil, מְשִׁי Inuentio.

מְשִׁי ἄχημον, αἰσχρὸν, Turpe, indecorũ, ineptum. Deuter. 24. Iudith 11. Et Nomen מְשִׁי Res inepta, minimè congruens, indecora, turpis. Bar-Cepha. Vnde Syri, cùm aliquos ignominiæ causa nominant, addere solent מְשִׁי, quasi dicant, Infamis. vt Arriani. מְשִׁי Arriani infames. & ita de aliis.

מְשִׁי Donare, conferre, applicare, adhibere. &c. in Piel. Vtuntur autem Syri sæpè pro Munus ecclesiasticum conferre alicui, & initiare per donũ Spiritus S. vnde מְשִׁי vocãtur sacri Ordines, vt vulgò appellamus; hoc est, מְשִׁי & dona. Ceteroqui significat hęc positio, Manere, sedere, insidere, καταπαῦσαι. 2. Reg. 21. ferè vt apud Hebræos.

מְשִׁי Tacere, quietum esse, ἡσυχάζειν, παύεσθαι, desinere. sinere, ἐνοχλεῖν, Turbare quietem alicuius, interpellare hominis negotia aut ocia. Act. 15. Vnde est apud Bar-Cepha מְשִׁי Quietè, absque vlla interpellatione, aut molestia. Significat quoq. sæpè θλίβειν, vt 1. Reg. 1. & 30. Item σωρεύειν. 3. Reg. 13. Et ἐξολοθρεύειν. 3. Reg. 16. & מְשִׁי θλῖψις, σώρευμα. Et מְשִׁי, Disputatio mo lesta atq. nterturbatio. 1. Timoth. 6.

מְשִׁי ἀγγαρεύειν, in Piel, Adigere, cogere. Matth. 5. at in Hithpael est Retardari, morari, cunctari. Thess. 4. Rom. 11. Solet tamen in ea formula sępè apponi litera Vau medio loco, diciq́ue מְשִׁי. Sed vide quæ prolixè de hoc diximus in positione מְשִׁי, in litera Olaph.

מְשִׁי Aerugine vitiari. Iacob. 5. & Nomen מְשִׁי ærugo. ibidem. At מְשִׁי idem est quod ἄλφιτον, Farina. Iudith 10.

מְשִׁי Ex quiescentibus in medio. est ἀτιμάζειν, ἐξουδενοῦν, Contemnere, despicere. Iac. 2. Et מְשִׁי Vilis, contemtibilis. Apud Bar-Cepha. contrarium laudato, & precioso. τὸ ἐντιμωμένον. 1. Reg. 15.

מְשִׁי Fundamentũ. Deut. 32. Alibi tamen per Tau loco Teth scribitur. nescio vtrum rectiùs. certè est vox Græca, θάσις, ni fallor. Et verbum מְשִׁי pro Fundare positum est, 3. Reg. 6.

מְשִׁי Alabastrum, siue Alabaster, vasculum vnguentarium.

מְשִׁי Ineptè blaterare. & מְשִׁי Ineptum dictum. Est etiam מְשִׁי Scriptum, literæ. Coloss. 2.

מְשִׁי In Piel, Pacem componere. Coloss. 1. Et in Hith-

re malit, positionem esse מְשִׁי. Et literam Schin ש ϖεφθεσιν additam esse. de qua re consulatur nostra Grammatica.

מְשִׁי Corrumpere. Sullaka in sua confessione, vbi loquitur de Christo nascente ex virgine, cùm non corrumperet eius virginitatem. vnde est Nomẽ מְשִׁי λοιμὸς, pestis. Act. 24.

מְשִׁי Stillare, defluere per guttas, vt lacrymæ ex oculis. Et inde מְשִׁי Vrina, apud Ephræm. quia is humor sensim in vesicam è corpore percolatur.

מְשִׁי Mutare, variare. Psal. 89. vbi est loco Hebraici שנה. Non mutabo verbũ quod prodiit è labris meis. vnde Nomen מְשִׁי Mutatio, differentia. Bar-Cepha. & מְשִׁי sunt ἥλιου τροπαὶ, Cõuersiones Solis. Deuteronom. 33. Formarunt Chaldæi, & Syri hoc verbum per prothesin literæ Schin, vt nuper in מְשִׁי dicebamus. nam simplex חלף apud Hebræos, similem habet notionem, atque etiam apud Syros.

מְשִׁי Simplicem esse, minimeq́. astutum, aut callidum. vnde Nomen מְשִׁי significat hominem simplicem, stultum, fatuum, vilem, plebeium, idiotam, & λιτὸν. Iudic. 11. Dicituŕq. etiam de aliis rebus, vt de oratione nuda, minimeq́ue polita; sed rudi, & inelegante. & Aduerbiũ מְשִׁי idem est quod ἀφελῶς, nullo cum apparatu, simpliciter.

מְשִׁי Calefieri, absolutè. Mardenus in epistola ad me. Et Iac. 2. & διαθερμαίνειν, Calefacere. 1. Reg. 11. Ab hoc verbo fortassis est Nomen מְשִׁי Vlcus, à calore. Deut. 28. vide in מְשִׁי.

מְשִׁי

מְשִׁי Idem quod Græcè ἐρεσύβη, Squalor, pestis quædã, qua fructus terræ corrumpuntur. Deut. 28. 3. Reg. 8.

מְשִׁי Pullulare, enasci, exoriri, germinare, efflorere, φύεσθαι. Vau in medio est consonans. vnde Nomẽ מְשִׁי quasi φύσιν dicas, ortus, &, vt sic dicam, enascentia. At Psal. 18. positum est pro Hebraico עלז Exsultare, lasciuire. Nimirum agitur de carne habitiore, quæ scilicet nimium luxuriat, per metaphoram. Et hinc Nomen מְשִׁי Vlcus, pustula, quæ in corpore veluti germinat. & ϖαῦμα. Iudith 9. nisi malis hoc Nomẽ à verbo מְשִׁי ducere. de quo suo loco.

מְשִׁי Solitarium esse, in Piel. vide infrà מְשִׁי.

מְשִׁי Vibex, liuor, plaga, ἀφὴ. idem quod חַבּוּרָה. Petr. 2. Deut. 17. & 21.

מְשִׁי Pulchritudo, quæ videndi sensu percipitur. Bar-Cepha.

מְשִׁי Turtur. Chaldæi non solent Vau apponere.

מְשִׁי Principium. à verbo מְשִׁי, quod in Lexicis Chald. explicatum est.

מְשִׁי Delictum, scelus. à verbo מְשִׁי, Offendere. Iac. 2.

מְשִׁי Communicatio, participatio; à verbo מְשִׁי.

מְשִׁי Θλιαῦν, Audere, in Hiphil: Philipp. 1. Thessal. 4. est ex ordine quiescentium in medio.

מְשִׁי Solitarium esse, & ab aliis separatum, solum. Et hinc Benoni Piel מְשִׁי Solitarius. Ita mihi explicauit hãc vocem meus doctor Mardenus. Et quod est Græcè μονώτατος, redditur מְשִׁי 3. Reg. 17. & alibi. Nã litera Vau apponitur loco Kusoi siue Dagges in Piel. Nisi quis existima-

& ἐπαγγέλλεσθαι, ἐξαγορεύειν, in Hithp. Mar. 14. 3. Reg. 8. Hinc Nomẽ מְשִׁי Promissio. quod sæpè, vt Act. 23. per geminum Vau scriptum est. Ceteroqui significat hoc verbum, vt apud Chaldæos, Proiicere, iacere. &c. Plura vide in Olaph, in מְשִׁי.

מְשִׁי Adulari, κολακεύειν. Vnde Nomen מְשִׁי Adulatio. Thessal. 2.

מְשִׁי Est σημαίνειν, Signum dare. Ios. 6. Iudic. 7. vnde & מְשִׁי apud Bar-Cepha vsurpatur, pro notis, quibus res aliqua describitur, vt agnosci possit: siue pro qualitatibus & proprietatibus rei, quibus describi potest, & ostendi. Et idem Nomen, numero singulari, positum est pro σώθημα, Symbolũ, tessera militaris. Iud. 12. Formatum est hoc verbum à simplici מְשִׁי, quod est Cognoscere, scire. per additam initio literam Schin. vide nostram Grammaticã Syricam. Huius verbi Hithpael מְשִׁי vide suprà in Olaph.

מְשִׁי Vigilare. Heb. 13. Psal. 127. ἀγρυπνεῖν. 2. Reg. 12.

מְשִׁי Par esse, dignum esse, & æquale. Heb. 11. At in Piel, aut Hiphil, Aequare, sternere, controuersiam tollere, & rem planam facere. vnde est Nomen מְשִׁי Lectus, ac si dicas, stratum. Porrò in Hithpael, est Conspirare inter se, pacisci, animis & sententiis conuenire, atq. æquari. Act. 5. 1. Corinth. 7. Psal. 83. Est etiam in Piel positum pro ἐκμάσσειν, Extergere, siccare. Luc. 7. Est autem obseruandum quòd Græcas compositiones quæ fiunt ex ὁμὸς, exprimunt Syri hac positione; vt ὁμόψυχον vocant מְשִׁי, & ὁμοψυχῆ מְשִׁי. Et ita in ceteris.

ܨܒܝ Vicinus. Ceterùm positum est hoc verbum pro χαλάζειν. Demittere. 2. Cor. 12. & Act. 9.

ܐܨܛܒܥ In Hithpael, est Insolenter iactare se, & gloriari; sese prædicare, atque efferre. Vnde Psal. 25. positum est pro verbo Hebraico שׁוּע. Et Nomen ܬܘܫܒܚܬܐ, est ἀλαζονία, Epistola Ioan. cap. 2. ὑπερηφανία. Marc. 7. Interim Nomen ܫܘܒܚܐ vsurpatur pro Gloria, decore, laude, vt Hebræorũ תִּפְאֶרֶת. Iudic. 4. in versione Aquilæ, & apud Bar-Cepha.

ܐܙܠ ἐλαύνειν, Ducere, producere, extẽdere, hoc est, opus ductile facere ex auro, ære, ferro, &c. 3. Reg. 10. Ceteroqui sceptrum, familiam, alia significat, vt apud Hebræos & Chaldæos.

ܐܣܦܣܐ βακτηρία, Baculus, scipio. 4. Reg. 4. Et ܐܣܦܣܐ Rami, propagines. Psal. 80.

ܛܠܝ Infans, νήπιος. Heb. 5. βρέφος. Petr. 2. idem quod עוֹלֵל Deut. 20. & יוֹנֵק Psal. 115.

ܫܒܬ Anethum herba. Matth. 23.

ܫܛܦ Lauare. Deut. 21. & in Psalmis, in Hiphil. vnde est Nomen ܡܫܛܦܐ Lauacrum. Ioan. 13. λουτήρ. 4. Regum 16. pertinet positio ad ordinem quiescentium in medio.

ܫܚܠܦ Mutari, ἀλλοιοῦσθαι. 3. Regum 14. vnde est Nomen ܫܘܚܠܦܐ Varietas, differentia, mutatio, &, vt dicunt, alteratio rei. Iac. 1. παραλλαγὴ.

ܫܘܬܦܐ Idem quod συσπέφειν. 3. Reg. 16. hoc est, Coniurare, conspirare aduersus aliquem, per seditionem. vnde est Nomen ܫܘܬܦܐ σάσις, Seditio, coniuratio. Act. 15.

ܫܬܩ Deuastare. planè vt Hebræis. Psal. 91.

ܫܕܪ Promittere, ὁμολογεῖν, & ἐπαγ-

ciulatus. Psalm. 30. At in Piel est Saltare, vt apud Hebræos. vtriusque notionis exemplum exstat Matth. vndecimo. vbi est, Lusimus vobis, & non saltastis; lugubria cecinimus, & non luxistis.

ܦܥ Culpare, accusare, incusare. Heb. 8. μέμφεσθαι, Cõqueri. Rom. 9. vnde est Nomẽ ܬܘܒܥܬܐ Culpa. id quod dignum est reprehensione, querela. verbum vsurpatur sæpè in Hiphil cùm actiuum est. Item καταγέσθαι, Reponere, præstare, Act. 25.

ܦܨܐ Decernere, animò statuere. Act. 4. Item Significare.

ܪܫܝܐ Princeps. à Capite sic dictum Nomen. à quo deinde fit verbum ܪܫܐ Dominari. Esther 5.

ܪܚܫ Repere, vt serpentes promouentur. Deut. 32.

ܐܙܠ In Hiphil, est ὁδηγεῖν, Viam monstrare, deducere. Act. 8. & per metaphoram νουθετεῖν. 1. Corinthiorum 4. vnde est Nomen ܡܘܢܐ ܕܡܘܢܐ νουθεσία. Iudith 8. Ζωφεγνισμὸς. 2. Timoth. 1. Nomen verò ܪܐܬܐ Pulmo est, πνεύμων. 3. Reg. 22. vide suprà ܪܐܬܐ.

ܐܝܠ ܕܚܠ φόβος, Timor. Iudith 2. τρόμος. Iudith 15. & 1. Cor. 2. Nam ܪܓܙ Tremere est præ metu scilicet. apud Chaldæos.

Litera Schin. ש.

ܫܐܠ In Hithpael, est αἰτεῖσθαι. Luc. 14. Excusare, recusare. Item Deuitare, abstinere se, auersari. Hebræor. 12. 1. Timoth. 4. & 5. & in Bar-Cepha. Et ܫܐܠܬܐ Quæstio apud Bar-Cepha. à peruagata huius thematis notione. In actiuis autem formulis, præsertim Hiphil, significat hoc verbũ Commodato dare, κιχρᾶν.

cat, ferè vsurpatur in Hithpael. vt Act. 28. Hebr. 11. &c. vnde est & Nomen ܬܘܫܒܚܬܐ, & absq. Olaph ܫܒܚܬܐ Mens ipsa. Petr. 5. & Psal. 49. Et Cogitatio, hoc est מְזִמָּה Psal. 10. Ingenium, indoles, τρόπος. Hebr. 13. Et aliud Nomen ܫܘܒܚܐ Voluntas. & ܫܒܚ, quod ipsum quoq. τὸν τρόπον, Morem, indolem & ingenium significat. 4. Regum 9. vbi in Græco vulgato est ἀδολεσχία, ex Aquila sumptum vocabulum, cùm LXXII. dixissent, τρόπον. vt Syrus conuertit.

ܫܒܫ Labefactari præ timore, consternari, φρίσσειν. Iac. 2. vnde Psalm. 116. quod est Hebraicè בְּחָפְזִי, conuersum est à Syro ܒܚܦܙܘܬܝ. Et τρέμειν, tremere. 1. Reg. 15. Item Mouere se loco. Esth. 6.

ܫܓܫ Palpitare, vt moribundi. Marc. 9. in Benoni Hiphil. Et Luc. 9. vbi Græca exemplaria habent, Spumare. vt & Latina.

ܫܕܐ Sinere, permittere, omittere, relinquere, in Hiphil. Iud. 15. Psalm. 94. vbi in Hebræo est נטש Dereliquit, repudiauit, &c.

ܫܘܫܒܐ Idẽ quod χορὸς, Chorus, qualis est tripudiantium. Iudicum 9. & 11. & Iudith 3. ac 15.

ܫܦܐ Nictatio, qualis est oculi nutus. 1. Corinth. 15. Sullaka.

ܫܦܐ Ventilabrum, Worfschaubel.

ܣܪܝܣ Idem quod θλασίας, Eunuchus, qui contritis testibus est castratus scilicet; non exsectis.

ܫܒܐ & ܫܒܐ Particula panni. Act. 19.

ܫܪ In Hiphil, Mœrere, tristem esse. vnde est ܡܫܪܝܬܐ pro Hebræo מְסֹבֵּר Planctus, luctus,

quod נסה, in Hiphil. Et idem quod נִגַּר Infudit. Psalm. 75. quia cùm liquorem vasis in alterum infundimus vas, illud in hoc inclinamus. Et ܫܒܐ Idẽ quod ἡμέρα κεκλικυῖα, Iud. 19. Dies inclinata, vergẽte Sole ad Occasum. Et Nomen ܫܒܐ Inclinatio, apud Patriarcham Antiochenum aduersus Ioan. Grammaticum.

ܫܒܐ Equus. Iacob. 3. Et Equitatus, alibi.

ܫܒܐ Præter alia quæ in Chaldaicis Dictionariis explicantur, significat Syris etiam πατάσσω, Percutio. 1. Reg. 17.

ܫܒܐ Ænigma. Deut. 28. Et Nutus. in Bar-Cepha. Nam verbũ ipsum Innuere, annuere significat.

ܫܒܐ Exercere viduitatem, vt sic dicam, esse viduam, in Piel. Iudith 8. vnde est Nomen ܐܬܐ Vidua.

ܓܒܥ Collis, גִּבְעָה Psalm. 62. ab altitudine. Dicitur autem similiter in vtroq. numero.

ܢܛ ἡγεῖσθαι, Putare, existimare, æstimare. apud Patriarcham Antiochenum aduersus Grammatic. ex Basilio. Item Meditari cum qnadam solicitudine & cura. Act. 10. vnde est Nomen ܡܚܫܒܬܐ Cura. & ܚܫܒ Idem.

ܢܬܟ & ܢܬܟ Spargere, Hebr. 9. & in Missa Basilij.

	Illæ illos.
	Illæ illas.
	Illæ vos viros.
	Illæ vos feminas.
	Illæ nos. cõmun.
✣	Persona secund. masc. plur. cum affixis plural. num.
	Vos viri illos.
	Vos viri illas.
	Vos viri nos.
✣	Persona secund. fem. plur. cum affixis plural. num.
	Vos feminæ illos.
	Vos fem. illas.
	Vos fem. nos. cõ.
✣	Persona prima plur. num. cum affixis eiusdem num.

[a] sic Aff. 15. scriptum est:

ܢܫܟܚ turbauerũt vos, posito verbo in Piel.

✣ vel	Ille eas.
	Ille vos viros.
	Ille vos feminas.
	Ille nos. cõmun.
✣	Pers. tertia fem. sing. cum affixis pluralibus.
	Illa eos reliquit.
	Illa eas.
	Illa vos viros.
	Illa vos feminas.
	Illa nos. cõmun.
✣	Pers. secund. masc. singul. cum affixis pluralibus.
	Tu vir illos reliquisti.
	Tu vir illas.
	Tu vir nos. com.
✣	Persona secund. fem. sing. cum affixis pluralibus.
	Tu femina illos reliquisti.
	Tu fem. illas.
	Tu femina nos.
✣	Persona prima sing. com. cum affixis pluralibus.
cum Tau leni.	Ego illos reliqui.
	Ego illas.
cum Tau duro.	Ego vos viros.
	Ego vos feminas

Sequitur numerus pluralis verbi.

Pronomina singularia affixa ad verbum pluralis numeri.

✣	Persona tertia plu. masc. cum affixis singularis nu.
	Illi eum reliquerunt.
	Illi eam.
	Illi te virum.
	Illi te feminam.
	Illi me. com.
✣ vel	Persona tertia fem. plural. cũ affixis num singularis.
&	Illæ eum.
	Illæ eam.
	Illæ te virum.
&	Illæ te feminam.

[b] In verbis quorum vltima est Olaph ante Ind effertur hoc affixum ad hunc modũ, proiice eã: per vocalẽ tertiam. Matth. 18.

[c] In verbis quiescentib. in vltima, effertur hoc pronomẽ sepe ad hunc modum, vincere fac me.

munda me.

tenta me, etc. Nimirum quia ea verba in Piel & Hiphil plerũque habent quartã vocalẽ secundo loco. At in Cal, sic

exaudi me. Psalm. 27. per vocalem tertiam. sed sæpius more perfectorum

voca me, per vocalem primam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum hanc formam inflectuntur omnia verba perfecta per suos modos, tempora, & personas, ac numeros; in Kal.

EIVSDEM VERBI INFLEXIO PER omnes modos & tempora, cum affixis pronominibus.

Pronomina singularis num. cum verbis eiusdem numeri.

- Persona tertia masc. sing. cum affixis singul. numeri.
- Reliquit eũ ille.
- Ille eam.
- Ille te virum.
- Ille te feminam.
- Ille me. com.
- b Persona tertia fem singul. cum affixis singularibus.
- Illa eũ reliquit. (cum Tau leni.)
- Illa eam.
- Illa te virum.
- Illa te feminam.
- Illa me. com.
- c Persona secunda mas. sing. cum affixis singularibus.
- Tu illum reliquisti. (cum Tau duro.)
- Tu illam.
- Tu me. comm.
- Persona secund. fem. sing. cum affixis singularibus.
- Tu fem. illum reliquisti.
- Tu fem. illam.
- Tu fem. me. cõ.
- d Persona prima sing. com. cum affixis singularibus.
- Ego illũ reliqui. (cum Tau duro.)
- Ego illam.
- Ego te virum.
- Ego te feminam.

Sequuntur affixa pronomina pluralia, ad verba numeri singularis.

- e Persona tertia masc. sing cum affixis pluralibus.
- Ille eos reliquit.

Plurale.

- Tertia plur. maſ.
- Tertia plur. fem.
- &, 2. p. m.
- & 2. p. fe.
- 1. p. c.

Participium Paul.

- 3. ſ. m.
- vel, 3. ſ. fe.
- vel, 2. ſ. m.
- vel, 2. ſ. f.
- 1. ſ. c.

Plurale.

- 3. p. m.
- 3. p. f.
- vel, 2. p. m.
- vel, 2. p. f.
- 1. p. c.

Imperatiuus modus.

Singulariter.

- 2. ſ. m.
- &c.
- 2. ſ. f.

Pluraliter.

- &, 2. p. m.
- & 2. p. f.

Futurum tempus.

Singulariter.

- 3. ſ. m.
- &c.
- 3. ſ. f.
- 2. ſ. m.
- 2. ſ. f.
- 1. ſ. c.

Pluraliter.

- 3. p. m.
- 3. p. f.
- 2. p. m.
- 2. p. f.
- 1. p. c.

Modus infinitus.

a Obſeruanda ſunt vocales, quomodo aſſumptis aliis atq. aliis pronominibus, in diuerſa loca trajiciantur. Effertur autem perſona tertia maſculina, in verbis, quorum vltima litera eſt Olaph, aut Iud, etiam hoc modo: pacauit me. pſal. 18. à verbo in Piel. Et reſpondit ei. Pſal. 20. ab ſoluit eum. Matth. 18. & vocauit eũ. ibid. vtrumq. in Cal. Sæpe tamen etiam per vocalẽ ſecũdam, vt perfecta, veluti & ſanauit eum. Luc. 14.

b Hæc perſona tertia gen. fem. ſingul. numeri, habet cũ quibuſuis pronomin. affixis Tau lene, ſiue aſpiratum, cóq. ferè diſcernitur à ſecunda & prima perſona, quæ cum affixis pleriſq. habent Tau durũ. Eſt ergo vocalis prima, quæ præcedit, longa. debetq. Ciph legi tamquam perſchena mobile Hebræorum.

c Notandum eſt, Pronomina primæ, aut ſecundæ perſonæ, non affigi verbis eiuſdem perſonæ, in vllo aut modo, aut tẽpore. Ceterum hæc perſona ſecunda cum affixo pronomine tertiæ perſonæ formatur ferè ad hunc modum: viſitaſti eum. minuiſti eum. in Piel. præfeciſti eum. Pſalm. 8. in Hiphil. prohibuiſti eum. in Cal. exhilaraſti eũ, in Piel, &c. Nam alioqui nihil differret à prima perſona, habente idem affixum. Eſt enim in vtraq. Tau litera dura.

d Etſi in hac prima perſona Tau ſit ſemper lene, quando nulla ſunt aſcita pronomina, tamen cum affixis ſit durum. atq. ideo ſæpe ſolum ſententiæ apto tenore diſcerni à ſecunda perſona poteſt.

e Pronomina tertiæ perſonæ numeri plural. raro affiguntur ad verbi perſonas, ſed ſeparatim cum eis conſtruuntur potius, tam in ſingulari numero quàm plurali, in omnibus modis & temporibus.

porum differẽtia in ſolo modo finito habetur. Verùm quando hæc ſunt Syris cõmunia cum Hebræis, & Chaldæis; ſicut & cetera quoque, quæ verbis accidunt: veluti Numeri, Singularis, & Pluralis. Perſonæ tres. Genera, maſculinum & femininum. Deniq. pronomina affixa: non eſt quod in ipſis ſigillatim explicãdis operam aliquã conſumam; & cùm mihi, tum lectori fruſtra moleſtus ſim. Quare hîc ſubiiciam exemplum declinationis verbi vnius perfecti; per omnes modos, tempora, perſonas. deinde alterum exemplum annexorum quibuſuis verbi caſibus Pronominum. Pòſt addam monita quędam, quibus opus eſſe putabo ad dirigendam lectoris obſeruationem. Denique oſtendam breuiter ceterarum quoq. inflexionum, Piel, Hiphil, Hithpael rationem. Poſtremò de verbis, quæ Imperfecta vocantur, ordine diſſeram. ac tum demum à Verbo progrediar ad ceteras orationis partes; ſi volet Deus.

EXEMPLVM VARIANDI VERBI *perfecti* *inflexione Kal, per omnes ſuos caſus.*

Præteritum numero ſingulari.

- Tertia ſing. maſc.
- Tertia ſing. fem.
- Secunda ſing. maſc.
- Secunda ſing. fem.
- Prima ſing. cõmun.

Plurale præteriti.

- Tertia plural. maſc.
- & Tertia plur. fem.
- Secunda plur. maſc.
- Secunda plur. fem.
- & Prima plur. com.

Præſens ſiue Benoni.

- &c. Tertia ſing. maſ.
- vel Tertia ſing. fem.
- & Secũda ſing. maſ.
- & Secunda ſing. fe.
- Prima ſing. com.

Plurale

quarta quieſcens. vt ſtetit; poſuit. Inſuper alia habent vel Olaph, vel Iud vltimo loco. Eæ enim literę tùm mutantur interdum in alias literas; interdum excidunt. vt vocauit; vidit, &c. Deniq. ſunt nonnulla, quæ iſtarũ talium literarum plures cùm habeant, pluribus etiam modis imperfecta ſunt. vt oppreſſit. Habet enim initio Nun, in fine Olaph. profeſſus eſt; cuius prima litera eſt Iud, poſtrema Olaph. venit. quod verbum vtrimq. Olaph habet. Poſtremò, ſunt, quæ cùm duas poſteriores literas habent geminas, interdum altera multãtur. vt humilis fuit; certum, fixumq. & verũ fuit. His omnibus addi poſſunt ea verba, quæ plura quàm tria habent poſitionis elemẽta. vt feſtinauit. Et quæ quadrata à Iudæis vocantur, vt exaltauit; exacerbauit, &c. Summa eſt; apud Syros ſimiliter atq. apud Hebræos diuerſorum eſſe ordinum verba; pro literarum, ex quibus compoſita ſunt, natura.

DE VERBORVM INFLEXIONIBVS.

PORRÒ vt apud Chaldæos, ita & Syros, quadruplex eſt verborum per caſus mutandorum obſeruata forma. Nos nomina ab Hebræorum Grammaticis mutuabimur. quæ ſunt Kal, Piel, Hiphil, & Hithpael. Harũ prima eſt propria abſolutæ, vt vocant, ſignificationis: proximæ duæ ſunt actionibus dicatæ: quarta ſola habet patiendi verba. Ceterùm nos hanc quartã vnam facimus, quamuis pro punctorum ratione ſæpè quidem à Kal; interdum autem à Piel, nonnumquam etiam ab Hiphil ducatur: ne nõ neceſſariis ſubtilitatibus rem inuoluamus.

DE MODIS ET TEMPORIBVS, *& aliis accidentibus.*

MODOS quoque, & tempora, tot habent Syri, quot Hebræi Chaldæiq.: Modum finitum videlicet, ſiue Indicatiuum; Mandatiuum, & Infinitũ, ſiue Gerundi, vt vocant. Tempora verò, Præteritũ, Præſens, & Futurum. Quamquam Præſens tempus Participium verius eſt, vt etiam apud Hebræos, & Chaldæos. Sed iſta tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctiones, & Interiectiones. Nos in singulis ea dumtaxat attingemus, & quasi cursim arripiemus, quorum singulariter monendum esse lectorem putabimus, Hebraicis Chaldaicisque præceptionibus antè satis eruditum, & instructum. Et primò quidem de Verbis dicemus: quorum, vt est, propter maximè varias declinationes, difficilior, quàm reliquarũ partium cognitio; ita est ad intelligendos scriptores maximè necessaria.

DE VERBO, SIVE ܦܥܠܐ.

IGITVR Verborũ non pauciores sunt varietates apud Syros, cùm ex ipsis vocalibus, tum ex positionum elementis natæ, quàm apud Hebræos. Quædã enim primam vocalem, quædam secundam, nonnulla tertiam, plurima nullam habent in prima syllaba. Loquor de ipsa simplici verborum positione; quæ ferè in Kal cernitur. Tum secunda quoq. ipsorum syllaba in aliis alia effertur vocali. Exempla sunt; vt pauca adiungam, ܝܗܒ dedit; ܥܒܕ fecit; ܫܦܪ pulcher fuit, placuit; ܫܩܠ tacuit; ܪܟܒ equitauit; ܦܩܕ peperit; ܝܬܒ sedit; ܫܒܩ oblitus est; ܫܒܚ lætatus est; ܫܒܩ reliquit; ܛܥܡ gustauit, &c. Sed ista varietas; cuius ratio partim, vt est verosimile, posita in eo est, quòd quædam literæ vocales quasdam præ aliis ament; partim solo vsu loquendi constat; ista, inquam, varietas lectione obseruari debet, certis enim præceptionum legibus constringi vniuersè non potest. Rursus Verborum alia sunt perfecta: in quibus positionis elementa nulla variatione excidunt; quæ elementa, vt apud Hebræos, terna sunt. Alia imperfecta. Atq. hæc rursus multifariam diuiduntur. Quædam enim imperfecta primum positionis elementum habent literam Nun: quam interdũ amittunt. vt ܢܬܠ dedit; ܢܣܒ accepit; ܢܛܪ custodiuit. Alia sunt, quorũ prima litera est Olaph, aut Iud. Nam istæ literæ quoq. non rarò aut abiiciuntur, aut in alias mutantur; dum per alia atq. alia tempora, modosque verba inflectuntur. Exempla sunt ܝܬܒ sedit; ܐܡܪ dixit. Ad hæc, alia sunt quorum positionis elementum medium est litera Vau in vocali

Diuisio verborum imperfectorũ.

querunt eum. Sed hîc Vau est numeri nota. Et in numero singulari ascita litera Iud per vocalẽ tertiam. vt ܢܒܝ ܠܗ perficiet eum, Hebr. 11. ܐܩܝܡ confirmabo eum. In verbis autem quorũ postrema positionis litera est Olaph, aut Iud, sæpè auditur vocalis secũda loco tertiæ; vt ܐܫܝܒ respõdebo ei; ܐܦܨ liberabo eum. Est tamen etiam in his interdum vocalis tertia, vt ܐܩܒܘ vocabo eum. ܢܬܟܥ reprobabit eum. Leguntur autem ista tãquam per diphthongum, iu; planè vt politiores Iudæi nonnadmodum dissimile pronomen proferũt, cùm dicunt, ܐܒܝܗ, pater eius.

Porrò ei pronomini quod modò exposui, pænè geminum est, ܗ. Nam & ܗ hoc planè eandem personam repræsentat; sed in verbis modò; & ferè cum vocali quarta. vt ܫܩܠܬܘܗ, minuisti eum: ܫܒܩܬܘܗ reliquistis eũ, ܫܒܩܢܗ reliquimus eum, ܫܒܩ ܗ relinque eum, &c. Interdũ etiam tertia, vt in verbis feminini generis. veluti ܫܒܩ ܗ relinque eum, tu mulier.

De, ܕ, quod est pronomen secundæ personæ, generis feminini, diximus, cùm de litera Iud ageremus. ܕ

At ܐ, hoc est, Iud cum Nun, sæpius Verborum, & Participiorum terminatio est apud Syros, quàm Nominũ. Et in Verbis quidẽ ferè est gen. fem. insigne; sicut ܐ, masculini. In Participiis autẽ, & pluralis numeri perpetuò, & generis masculini plerumq. nota est. Terminat tamẽ non numquam etiam Nomina numero plurali, vt apud Chaldæos. Non adiungo exẽpla; quæ satis multa in variandi Verbi tabula, & cùm deinde agemus de Nominibus, occurrent. Et hactenus de syllabis seruilibus. Nam si quæ sunt à nobis præteritæ, eæ aut à Chaldæorum syllabis nõ sunt diuersæ; aut sunt in numero Pronominum, quæ verbis nominibusq. annectuntur. Hæc autem suo loco ponentur in tabulis ante oculos. ܐ

DE PARTIBVS ORATIONIS.

PARTES orationis habent Syri easdẽ, quas aliæ gentes: Nomina, Pronomina, Verba, Aduerbia, Præpositiones, Cõiun-

bræos ש, & recipit pronomina affixa, planè ea forma qua nominibus masculinis apponi illa solent numero plurali. vt, ܐܢܚܢܢ est ille. ܐܢܚܢ sumus nos, &c.

Porrò ܠܡ. ܦܩ. ܢ. ܢܬ. ܓܒ. ܒܐ quibus fungantur officiis, cùm ex Chaldaicæ linguæ Grammatica, tum ex ipsa inflectendi verbi formula, quæ dabitur cum affixis pronominibus, facilè quiuis animaduertat.

ܢ, Nan, autem finis est primæ personæ numeri pluralis in verbis præteriti tẽporis. vt ܩܛܠܢ reliquimus. Sæpè tamen vnicũ Nun idem efficit, vt ܩܛܠ. Et omnino tale ferè est Syrorum, ܢ, quale Chaldæorum נא. qua syllaba Syri non in verbis, sed in nominum formis vtuntur.

ܢ ܐ, Ni, prorsus vt apud Hebræos, & Chaldæos; ita apud Syros, pronomen est primæ personæ numero singulari: sed quòd verbis affigitur, non etiam nominibus. Id autem dum vsurpant Syri; quos ego certè audiui: audiui autẽ solos duos literis eruditos viros, Mosen Mardenum; siue, vt ipse vocari volebat, Antiochenũ; cùm esset Patriarchę Antiocheni legatus; & Sullacam Seleucenum, siue Mozallanum: dum, inquam, Syri vsurpant hoc pronomen, sic ipsum efferunt, vt omnino nullam literæ Iud habeant rationẽ. Nam quamuis scribendo exprimant, ܟܬܒܢܝ, fecit me, legunt tamen ܟܬܒ. Atque ea est causa cur haud ferè vlla vocalis apposita ad hanc syllabam videatur. Nota.

ܠ, To, in Nominum finibus, apud Syros, creberrimè auditur. quæ pleraque sunt feminini generis; vt masculini, quæ ܘ, No, terminantur.

ܐ, & interdũ ܗ, nonnunquã etiam ܗ, pronomen est masculinum, tertiæ personæ, numeri singul. quod annectitur non solùm nominibus, præsertim pluralis numeri; sed etiam verbis. Et nominibus quidem hoc modo, ܥܝܢܘܗ oculi eius: ܒܪܬܗ, pupillæ eius. Atq. ista non aliter leguntur à Syris, quàm à Iudæis eiusdem notionis pronomina, quę ipsi per Iud Vau formant, cùm dicũt וְעֵינָיו, verba eius: וְשִׁנָּיו, dentes eius, &c. Neq. igitur He, neq. Iud in illo pronomine auditur. In verbis autem ad hunc modum, ܩܛܠܗ, reliquerunt

Sicut autem Hebræi literam Nun sæpè è mediis dictionibus abiiciunt, & puncto Dagges, absentem repræsentant; quòd ea gens literæ huius sonum in mediis verbis, quodam naturæ instinctu fugiat; ita Syri quoq. non id solùm faciunt, sed adscriptam expressamq. etiam sæpe nõ pronunciant. Quamuis enim in hoc nomine ܐܢܫܬܐ, femina, Nun expresè scribitur, tamen à lectore prorsus omittitur, è cuius ore nihil nisi, Atto, audis. Similiter pronomen ܐܢܬ, &, ܐܢܬ, Tu, semper quasi, Att, sit scriptum, ita legitur à Syris: habetq. in istis Tau; in libris certè emendatis; perpetuò Kusoi, quo veluti geminatur. Nota.

Deniq. litera Tau è verbis nomina format, sicut apud Chaldæos, vt multis exẽplis ostendemus, cùm agemus de Nominibus. Est præterea personarum variandarum nota celeberrima in Verbis, cùm in principio, tum in fine posita. Sed ne ista mihi sint longa oratione exponenda, præscribendaque; iubeo quemq. sibi ex verborum formula hæc obseruare, atque animaduertere. Neq. enim eiusmodi præceptiones, nisi posito ob oculos exemplo, aut facilè percipiuntur, aut retinentur etiam. Neq. cùm ipsum exemplum intueris, desiderare præcepta magnoperè potes. Et si quid erit, quod lector possit requirere, id mox post propositam variandi per casus verbi formulã à me indicabitur vtilius. Quare hoc vnũ de literis Olaph, Vau, & Iud, vniuersè addam; eas sæpe inter se cõmutari, similiter atq. apud Hebræos, & etiam quiescere in vocalibus. Tau. Literæ inter se commutantur.

DE SYLLABIS SERVILIBVS.

NVNC paucis quasdam literarũ complexiones, & syllabas; quæ ipsæ quoque seruiles sunt, exponam. Igitur syllaba ܠ præpositiua verbis, est nota inflexionis verborum eius, quam cum Iudæis, Hithpael, nominabimus. Quod munus apud Chaldæos quoq. efficit, sed cùm vocali tertia; cùm apud Syros habeat secundam. Syllaba, ܐܠ, apposita ad finem nominum adiectiuorum, facit aduerbia, vt dicturi sumus fusius suo loco. Ceteroqui vsurpatur pro verbo substantiuo: sicut apud He-

Universidad de Deusto
Biblioteca

næ masculini generis nota est, habeat plerumque ante se vocalem quartam. vt ܫܡܟ nomen tuum, ܡܠܟܘܬܟ regnum tuum, ܐܨܒܥܟ digiti tui. verùm in iis nominibus numeri pluralis, quæ forma masculina variantur, solet habere vocalem primam ante se: vt ܡܠܟܝܟ reges tui, viri. ܥܒܕܬܟ opera tua, &c. At cùm repræsentat secũdam personam generis feminini, addita est ei litera Iud, vt nuper ostendebamus exemplo, in litera Iud.

Lomad. Lomad quoq. sic apud Syros seruit, vt apud Hebræos, & Chaldæos: habetque eas ferè vocales, quas seruile Dolath. Non efficit tamen apud Syros gerundi modũ, nisi cum litera Mim. nimirum quia hæc litera nunquam ab Infinito verbo abest. Neque verò est solùm dandi casus, sed æquè accusandi nota Syris, quippe qui particula, ܠ, Chaldæorum more, numquam vtantur.

Mim. Mim apud Syros plerumque cum suo Nun seorsim scribitur, cùm est præpositio. raroq. adhæret: quod apud Hebræos fit creberrimè. Et in verbis cuiusuis inflexionis format modum infinitum. atq. etiam participia, si hîc primam inflectendi verbi formam, quam Kal vocamus, excipias. Multa etiam nomina à verbis ducta, hanc habent in initio literam; sicut etiam apud Hebræos.

Nun. Nun, vt nuper dicebamus, est Syris in earum literarum numero, quæ præpositæ, futurum tempus formant, in aliis, atq. aliis personis. Sæpè etiam terminat verborum pluralem numerum: in præterito quidem tempore, primas & secundas personas: in modo mandatiuo secundas; sed quæ sæpè etiam absq. Nun enunciantur. In futuris autem, secundas, & tertias vtriusque generis; sed hîc in masculinis ferè habet vocalem quintam ante se: in femininis verò, quartam. Sed ista ex formula verbi variandi, quam adscribam; & insuper multa lectione quiuis facilè in sua memoria inscripserit. Est etiam hæc litera in dictionum finibus sæpè nota pronominis primæ personæ numeri pluralis; sicut Iud numeri singularis. Sed hoc munus, & nonnulla alia, ex Hebræorum, & Chaldæorum præceptis satis nota sunt.

Grammatici. Sæpè etiam, κατὰ συγχωρῆσιν, additur verbis modi Infiniti. vt ܡܫܒܚܢܐ sperando, Psal. XL. ܡܫܒܚܬܐ baptizare, ܡܫܒܚܢܐ prædicare, concionari, 1. Corinth. 1. Variæ etiam Nominũ species ascita sibi hac litera ducuntur à verbis: nec pauca etiam ex ea componuntur pronomina, quæ affixa vocamus. Sed ista omnia præceptis includere longum, & operosum esset. facilius autem exemplis, suo quoque loco, propositis, intelligentur.

Iud apud Syros numquam efficit ter- Iud.
tias personas in futuris, vt apud Hebræos, & Chaldæos. sed in eius locum subit litera Nun. Ceterùm ad fines verborum apposita, vnà cum litera Tau, in præteritis, ostendit secũdam personam singularem, generis feminini: at sine Tau est nota tertiæ personæ pluralis numeri, eiusdem generis. hîc tamen nonnumquam post Iud etiam Nun apponitur. Rursus cum Tau in participiis efficit interdum secundam personam femininam, numeri singularis. Insuper in modis imperandi, format, sine Tau, personam secundam generis feminini, in vtroq. numero. Deniq. in futuris est nota tertiæ personæ generis feminini, numeri singularis ad finem appositæ, quamquam sæpè illic omittitur, vt alibi ostendemus. Non adiungo exempla, ne Typographo sine causa sim molestus. Possunt enim facillimè peti ex inflectendorum verborum formula, quæ ponetur ante oculos. Porrò creberrimè est pronomen primæ personæ, dictionum finibus adhærens: nisi habeat ante se literã Coph seruilem. Cum hac enim repræsentat secundam personam generis feminini; vix tamen eius vlla vox auditur. Nam Syri, cùm dicunt ܒܛܢܟ venter tuus, ô femina; nihil nisi Carsech dicere videntur. Sæpè etiam pro Olaph, aut Vau ponitur: vt in Verborum imperfectorum tractatione ostendetur. Postremò ascisitur ad quasdam nominum species formandas; quæ ostendentur suo loco.

Rursus literam Coph iisdem ferè præ- Coph.
ficiunt muneribus Syri, quibus Hebræi, Chaldæiq. suum Caph. Estq. hoc apud illos vsitatum, vt cùm secundæ perso-

ardentes. hoc est, tales quæ arderent. Et Psal. XVIII. ܬܒܪ ܠܩܡܝ deprimes eos, qui insurgunt; aut qui stant, contra me. Habet autem Dolath seruile apud Syros libenter vocalem primam, si verbi, cui præponitur, litera prima nulla insignita vocali erat. vt Psal. VIII. ܕܚܙܘ quia viderunt. & mox ܕܐܬܝܬ quia recordatus es eius. Sæpè etiam ad se rapit vocalem, quam alioqui habebat ea litera, cui præponitur; præsertim si hæc sit aut Olaph, aut Iud. vt ܐܡܬܐ quæ fuit mulier Samaritana, Ioan. IV. ܐܬܐ cùm venerit Messias. ibidem. Similiter ܐܡܪ, vt quomodo; ܐܝܟ, vt etiã. &c. Ceteroqui exiliter pronũciatur, & raptim; perinde atq. si Hebræorum ei Scheua esset subscriptũ: cuius tamen nota Syri nulla vtũtur. Nam cùm dicunt ܐܬܝ. Mons Cyri (est id in Perside celebris loci nomen) ita pronunciant raptim illud Dolath Syri, vt præcedenti videatur hærere dictioni: dicereq. eos putes Turodh Chores. & hæc vocalium ratio ei communis est cum pleriſq. aliis literis seruilibus.

He. Litera He apud Syros numquam seruit in dictionum principiis, sed in fine. repræsentatq. pronomina tertiæ personæ, numeri singularis; interdũ quidẽ masculina; interdum verò feminina. Habet autem cùm feminarũ est, perpetuò apicem in vertice; & plerumq. vocalem quartam ante se, vt ܠܫܢܬ lingua eius, feminæ. Sæpè tamen etiam alias vocales, præsertim quando aut Verbis, aut Nominibus numeri pluralis adhæret, vt ܬܚܘܡܗ fines eius, nempe terræ. ܫܒܩܘ reliquerunt eam. At quando est pronominum masculinorum nota, tum illiusmodi apice caret; & loco quartæ vocalis ferè secunda scribitur. vt ܠܒܗ cor eius, viri. ܢܡܘܣܗ lex eius, Dei.

Vau. Litera Vau, Syris est Coniunctio, vt Hebræis, Chaldæisque. vocalibus autem iis vtitur, quibus Dolath. vt ܘܐܬܐ & venit, ܘܝܬܒ & sedit, Ioan. IV. ܘܐܙܠ & ii, ܘܚܙܐ & etiam, ܘܚܙܘ & viderunt. &c. Ceteroqui seruit multifariam in verbis ad alias personas, aliosq. numeros formandos; tempus tamen non mutat; vt apud Hebræos illud Vau quod הפך nominant istorum

In hac autẽ tractatione eò erimus breuiores, quòd plerarumq. eadem munera atq. officia sint propria apud Syros, quibus apud Hebræos Chaldæosq. eædem literæ fungũtur. Cùm enim de Hebraicis multi; de Chaldaicis recentior quidam diligenter scripserit; si nos eadem compilaremus, nihil aliud quàm ocio abuteremur; quo sanè minimè abundamus. Habet autem in seruilium numero primum locum Olaph. De cuius officiis hoc vniuersè di- Olaph.
cam; eadem esse prorsus omnia, quę Chaldaico Olaph sunt ab eodem assignata. Est autem insuper sæpè loco Vau, aut Iud positũ. Interdum etiam in mediis dictionibus superuacaneum esse videtur, & ad pronunciationem modò pertinere. Illorũ exempla se offerent satis multa, cùm de verbis imperfectis agemus. Huius adscribam vnũ. Legimus Psal. XXII. ܚܙܘܢܝ viderunt me. Hîc Olaph, quod cernitur, non est, opinor, positionis Olaph: id enim mutatum esse videtur in prius Vau: sed est clarioris vocis gratia ascitum. Si quis tamen positionis Olaph esse malit existimare, non contendam contrà. Neq. verò
de Syrorum Beth quoq. aliud, quod di- Beth.
cã, habeo, quàm quod Hebræi, Chaldæiq. de suo Beth prodiderunt: esse videlicet præpositionem, In, cum, aduersus, contra, &c. neq. alibi quàm in dictionum principiis seruire. Syri tamen, quod equidem meminerim, eo nõ vtuntur ad formandũ gerundi verbum: quod Hebræi sæpè faciunt. Porrò Dolath multis in locis, & Dolath.
variis modis seruit: sed planè vt Chaldæorum Daleth. Quare nihil necesse est ea repetere, quæ sunt ab aliis satis exposita. Illud ergo monebo modò, hanc literam apud Syros sæpè quasi superuacaneam præponi verbis. vt Ps. II. ܕܬܚܙܐ Distũpamus. Et eodem Psalmo ܢܫܚܘ narrabit. in quibus locis, & eiusmodi aliis, eam fere vim habet, quam Græcorum ὅτι. qua vocula hi quoq. sæpè sic vtũtur, vt ociosa videri possit: quamquam non est prorsus ociosa; sed ferè quorundam hominũ certa verba, aut facta narrari ostendit. Admittit autem hæc litera seruilis, vt etiam apud Chaldæos, alias sæpè ante se seruiles literas. vt Psalmo VII. Fecit sagittas suas

Universidad de Deusto
Biblioteca

appositis, non satis possunt discerni, adhibuerunt Syri certa pũcta. Tertiis enim & secundis personis subiiciunt punctũ: In prima autem suprà locant. In tertiis verò feminini generis, sinistrum etiã latus literæ insigniunt puncto. vt ܥܒܕ, reliquit vir, ܥܒܕܐ reliquit femina. ܥܒܕܬ reliquisti, ܥܒܕܬܝ reliqui ego. Rursus quia participium, siue Benoni, scriptura nihil differt à tertia persona præteriti, collocant ad sinistrũ latus primæ literæ eius positionis perpetuò punctũ: quod signũ sit eiusmodi. vt ܥܒܕ, relinquens. ܐܡܪ dicens, siue dicit Maria ad Angelũ. Luc. 1. Sed ista erunt explicanda rursus, cùm de verbis agetur. Porrò ad hunc modum in aliis etiã multis dictionibus ambiguitas punctis adscriptis tollitur, vt ܒܝܬ, si supra Beth locetur apiculus, significat opus; si infrà, seruũ. ܒܰ, si suprà est apex, pronuncias ܒܳ Hau, estq. ac si dicas, ille: sin subter, dicis ܒܴ Hu, & significat ipse. ܗܝ significat manum, efferturq. Idho. at ܗܳ pronomen est femininum; ea, vel quæ. sonatq. aido. Rursus ܒ, si habet subter punctum, legitur Hi, per i, longum: sin suprà, Hoi. estq. illud, ipsa; hoc verò, illa.

Nota. SVMMA est, in huiusce modi vocabulis puncta quæ suprà scribuntur, plerumque sunt indicia vocalis primæ aut quartæ; quæ verò subter, secũdæ aut tertiæ; & aliquando quintæ, si eo loco est litera Vau. Nam sine hac rarò vsurpatur quinta vocalis, aliquando verò significant eam literam sub qua ponũtur, esse finem syllabæ, vt Scheua quiescens Hebræorũ, & Gisme Arabum, quod tamen suprà scribitur. vt ܒܓܟ fraus, Psalm. xxxv. ܡܠܟ Rex, ܥܒܕ seruus, &c. Sed ista non debent ad Verba accommodari. in iis enim alia ratione personas distinguunt, vt modò dicebam. Et de Syricis punctis hactenus.

DE LITERARVM SERVILIVM OFFICIIS.

NVNC restat vt de literis, quas Seruiles vocari dicebamus, figillatim, quibus eæ fungantur officiis, explicemus, cùm sunt ascitæ ad alienas positiones. Sæpè enim non sunt seruiles, sed elementa suarum positionũ; similiter atq. ceterę literæ. In hac centur explicatius. Deniq. est hoc sæpè apud Syros insigne secundæ personæ masculini generis, vtriusq. numeri, in modo mandatiuo, formæ Hithpael; cùm sub medio positionis elemento locatur. vt Psalmo xxxi. ܐܬܒܢܝ, estote fortes. Psalm. xxxii. ܐܬܒܗܬܘ oblectate vos. Psal. xxxv. ܐܬܓܥܘ pugna. Pſ. l. ܐܬܟܢܫܘ congregamini. Act. xiii. ܐܬܝܕܥܘܢ animaduertite. Sed in multis hæc exempla sufficiant. Ratio autem in illiusmodi mandatiuis verbis vsurpandi eius signi est; quantum coniicio; vt eo à verbis finitis secernantur, à quibus alioqui nihil differunt. Et hæc de virgula, quæ sub literis scripta reperitur.

DE PVNCTIS NVMERI PLVRALIS.

QVIA porrò apud Syros pluralis numerus nominum sæpè nulla casus, siue terminationis variatione, aut literarum certè mutatione à singulari diuersus est; vsus recepit, vt in illo bina puncta supra dictiones, pari altitudine scriberentur. vt ܬܘܪ bos: ܬܘܪܝ boues. ܓܕܝ figulus: ܓܕܝ figuli. ܥܢܐ auis, ܥܢܐ aues. Quòd si fortè in eo nomine litera Risch fuerit, quę perpetuò, vt diximus, suum in capite apicem habet; eius tũ apiculus plerumq. pro altero pluralis numeri apice vsurpatur; vt in omnibus, quæ ante oculos posui, exẽplis factum esse vides. Et in Nominibus quidem hoc numeri pluriũ insigne perpetuò cernitur. at in Verbis parcissimè: Nimirum quia in his ipsa inflexionis variatio numerorum diuersitatem satis per se prodit. Quapropter vix vsquã puncta ista gemina videas in Verbis, nisi in secũdis, & tertiis personis, generis feminini; & in participiis femininis: quia ista nominibus sunt similia. vt ܥܒܕ reliquerunt feminæ, ܥܒܕܬܝ reliquistis feminæ, ܢܥܒܕ relinquent feminæ. &c. Sed exemplorum satis est. Habet enim ista res cognitionem facillimam, & in tabulis inflexionum proponetur.

DE PVNCTIS, QVÆ TEMPORVM *personarúmque sunt signa, & de aliis vniuersè.*

QVIA autem in præteritis verborum numero singulari, personæ, nisi vocalibus

ximũ est, vt de eo puncto pauca dicamus, quod plerumq. in bonis certè libris; apud literam Vau, aut suprà, aut subter scriptũ habetur. Igitur cùm sub ea litera positum est punctũ, vocalis quinta, quæ tũm perpetuò illic loci auditur, longa est; appellaturq. ܚܘܨܐ, hoc est, u longum, vt ܡܘܪ surge. Sin autẽ apiculus verticem eius literæ insedit, vocalis est breuis, dicturq. ܚܘܨܳ, hoc est, u breue. vt ܒܬ, intra, introi. At cùm Vau non habet quintam vocalem, neq. silet, sed cum aliis vocalibus consonat, tum nullo eiusmodi puncto insignita est. Verùm quando iste apex ad pronunciationis elegantiam tantummodò pertinet, non magna est in eo, aut ignorato, aut omisso, iactura.

DE VIRGVLA SVB QVIBVSDAM LITERIS SCRIPTA.

VT neq. illarũ notarũ ignoratio admodũ damnosa fuerit, quas ܡܣܬܡܟ ܐܘܬܘܬ Syri appellant; quia illarum literarum propria vox, sub quibus eæ notæ scriptæ cernuntur, occultatur, obuelaturque; dum dictio illa pronunciatur: non quidẽ certa, aut magna aliqua ratione, sed tacita consensione gentis, & vsu. vt in verbo ܚܙܝ, quod recordari significat, in emendatissimis libris perpetuò virgula sub litera, Ae, ducta videtur, vt intelligamus tam suauiter eam, aut exiliter potius, pronunciandã esse, vt vix audiẽdi sensu queat percipi. Idem fit in nomine ܚܙܘܬܐ, memoria, atq. aliis dictionibus ab illa positione formatis. Similiter in ܐܝܬܝܬ, in ܐܝܬܝ, in ܐܢܫ, in ܐܢܫܐ, homines: in ܐܝܬܝ mysterium: in aliis quibusdã verbis, iisq. ferè vsitatissimis. sic enim illa dicuntur, vt audias, Rozo, Nose, Datho, Harino, Haroio, &c. Sed ego neq. annumerare omnia possum, neq. admodũ opus est, quando istam linguam nos discimus, vt bonos scriptores oculis, atq. intelligentia audiamus magis, quàm auribus. Vtuntur autẽ Syri hac etiam nota, qui emendatissimè scribunt, in quibusdam pronominibus, quæ dimidiata proferunt, vt ܐܢ ego relinquo. Sic enim hoc Syri dicunt, vt Souekno audias. Et ܫܦܝܪ, pulchrũ est, dicunt Scappiru. Sed ista suo loco dicentur destituuntur, vt etiam Latini. Et proinde difficile est apud istos lõgas vocales à breuibus discernere. Est tamen eius rei ratio posita, quantum coniicio, sicut apud Hebræos in נַח נִרְאָה, & נַח נִסְהָר, vt horũ Grammatici loquuntur; hoc est, in literis aut apertè, aut tectè quiescentibus. Vt illæ breues sint vocales, quarum sonus ilicò à consonantis literæ sono exstinguitur, & cum eo confunditur. Longæ verò, quarũ voces aut apertè, aut tectè à literis, quæ matres vocantur, hoc est, ab Olaph, Vau, aut Iud, velati sustinentur, diuq. resonãt. verbi gratia, Cùm dico ܐܢܐ, illi, e est longũ, u est breue. Illius enim sonus à nulla consonante impeditus, longiore durat tempore. Huius ilico cum insequentis literæ, Nun, voce confunditur. Sic cùm dico, ܐܝܕ manus, & i, & o, longæ sunt. alterius enim vox à Iud, alterius ab Olaph sustentatur, cùm illæ literæ prorsus sileant; siue, vt Iudæi loquũtur, quiescant. At in ܐܬܪ, præsidium, siue fortitudo, i, est breuis, neq. litera Iud silet, sed consonat cum vocali o, quæ ei est adscripta. Nõ posse tamẽ vsquequaq. vocalium longitudinem breuitatemq. apud Syros iis regulis, quæ sunt ab Hebræis de נַח נִרְאָה, & נַח נִסְהָר, præscriptæ, iudicari, certum est. Verùm nõ potuit mihi meus doctor, quãuis sæpè multumq. rogatus, vllam istarũ rerũ explicare rationem certiorem, quàm vt diceret, in Grammatica definitas esse de iis leges. Sed Grammaticam neq. ipse memoriter tenebat, neque librum quem ex Assyria asportarat, apud se habebat; reliquerat enim Venetiis. Quare nos illiusmodi subtilibus magis, quàm necessariis artis præceptis æquo animo careamus, tãtisper, dum alicunde ea, quam ille dicebat, Grammatica peruulgetur, edaturq. in lucem. Sed de Kusoi & Ruchoch hactenus ea breuiter à nobis dicta sunt, quæ plurimum fieri solent. Neque enim priuilegia in his elementis persequi possumus. Nunc ad alia progredimur puncta.

DE PVNCTIS LITERÆ VAV.

QVANDO autem superiorum punctorum tractatione in vocalium longarũ breuiumq. mentionem incidimus, pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum mollitudinis notæ non perpetuò literis, quibus deberent, apponantur; vt sanè apponi rarò solent, nisi si qua est ambiguitas explicanda; tamen qui causas ipsas, quas modò expossui, intelliget, is non magnopere illas notas vbique desiderabit. Sed iis, quæ modò dixi, hoc quoque addendum est; istam duritatis notam, siue Kusoi, interdum has ipsas literas non solùm duriore pronunciatione premere, sed geminare etiam; similiter atque Hebræorum Dagges. Fit autem hoc, vel ad ostendendam inflexionis formam, vt Psalmo CXXIII. ܡܓܕܝ Mergentes, litera Beth duro signata puncto est, & veluti geminata pronunciatur; quo intelligamus ad secundam inflectendorum verborum formulam, quæ Piel vocatur, hoc verbum pertinere; & proinde actionem significare. Vel ad repræsentandã literam quæ omissa est. veluti cùm à positione, ܦܠ facimus futurum, ܢܦܠ dabo. habet litera Tau in vertice punctum duritatis, efferturque vt gemina; propter positionis literam Nun, quæ omissa est. Rursus cùm vineam vocamus ܟܪܡܐ Tau durum est, & vt geminum auditur. quia etiam hîc desideratur Nun. integra enim positio est ܟܢܪܡܐ deniq. in nomine ܢܝܢܘܐ Noua, Tau geminatur per Kusoi. quia Tau positionis excidit. illud enim Tau quod apparet, est ascitum, vt generis feminini insigne. Præterea fit ista etiam geminatio, vel quia ipsa per se positio anceps alioqui esset, κατὰ πολύσημον. vel quia vsu quodam eius vna litera duplicatur, vt in ܒܝܬܐ, latibulum, litera Tau; in ܛܦܣܐ clypeus, litera Coph; in ܓܡܠܐ mendaciũ, litera Gomal; in ܩܦܘܣ fauus, litera Coph secundo loco posita; in ܙܕܝܩ iustus, litera Dolath, semper sunt duræ & geminatæ. Sed satis est talium admonuisse lectores, vt intelligant, ea cum superioribus nostris legibus non pugnare. Ipsa enim geminatio literam à præcedentis vocalis spiritu afflari non patitur: sed sonoram vocem abrumpit. Hebræi ista & facilius & planius explicãt per vocalium longarum breuiumq. differentiam; quas ipsa figura distinctas habent. Sed ea facultate Syri destituti vocalis afflãtur spiritu; tũ exiliter exeunt per Kusoi: & Beth vt b, Gomal vt g, Dolath vt d, Coph vt c, Pe vt p, Tau deniq. vt t pronunciatur. Id fit autem, quoties ipsæ in alicuius syllabæ initio positæ sunt, quam non anteceſſit proximè alia syllaba, quæ vocali terminabatur; sic vt quasi vno spiritu à præmissa vocali, ad insequentem harum literarũ vnam quampiam accedat lector. Sin autem ore, quod iam ante vocalis cuiuspiam spiritu plenũ est, proferendæ sunt; tum ipsæ quoq. spiritu illo afflantur; atque, vt loquuntur Grammatici, aspirantur per mollitudinẽ, siue Ruchoch: & Beth, prope vt Græcorum β, Gomal vt gh, Dolath vt dh, Coph vt Græcorum χ, Pe vt φ, Tau vt θ, sonat. Sed adiungam vnum atque alterũ exemplum. Psal. XXV. scriptum est, ܠܐ ܬܙܟܘܪ Non recordaberis. hîc prius Tau est aspiratum à præcedente vocali, qua terminabatur vocula ܠܐ, Lo. alterum verò Tau aspiratũ quoq. est à præcedente in eadem syllaba vocali, siue quia ipsum est syllabæ vltima litera. Porrò Dolath habet Kusoi in vertice, duriterq. effertur; quia positũ est in suæ syllabę initio, quam alia præcessit syllaba, quæ nõ vocali, sed consonante terminabatur. Deniq. Coph rursus subiectum habet sibi ruchoch, quia afflatum est à vocali, quæ literæ Dolath adscripta, proximè ante Coph audiebatur. Similiter si dicamus ܠܐ ܙܕܩ, scribẽtur, prius Tau erit aspiratum à suæ syllabæ vocali præcedẽte, hoc est, quia ipsum est syllabæ extremum elementum. Coph verò, cùm sit syllabæ principium, quam nulla præcedens vocalis proximè afflauit, erit durũ. at alterũ Tau ab ea vocali qua præcedens syllaba, ca, terminabatur, afflatum, molle erit: & item Beth, propter vocalem quæ in præcedente syllaba, the, audiebatur. Dicerem planius & plenius; aut certè pluribus propositis exemplis rem nõ prorsus euidentẽ, quasi digito, demonstrarem; nisi iis me scribere ista meminissem, qui Hebræorum Grammaticorũ præceptis, quæ illi de literis istis sex aut duriter, aut molliter pronunciandis prodiderũt, antè satis instituti, hæc omnia facilè possint intelligere. Quamuis igitur istæ cùm duritiei,

Vocales Syri aliis punctis gracilio res formãt.

confusionem pariat, vocalium notas gracilitate à ceteris punctis secernunt; quæ pinguiora formant.

De kvsoi, sive dagges, et *Ruchoch, siue Raphe*.

In primis igitur illud punctum nobis explicandum occurrit, quo literarum quarumdam sonũ nunc molliorem, nunc duriorem effici dicebamus. Appellatur autem hoc à Syris, cùm literæ vocem veluti deprimit, atq. aspirationẽ prohibet, ܩܦܦܐ; quasi grauitatem, aut duritiem potius, dicas. poniturq. perpetuò in eius literæ, quam premit, vertice. Cùm verò in pronuncianda litera aspirandum esse significat, tum ei subscribitur; nominaturq. ܩܘܦܝ, hoc est, mollitudo. Hebræi illud Dagges vocant; sed in media locant litera; hoc verò Raphe, & virgula supra literam ducta repræsentant. Cùm enim litera Tau ad hunc modum apicem habet in vertice ̇ܬ, exiliter exit, similiter atque Latinorum t, aut Græcorum τ. at si eundem apiculum habeat subiectum, hoc modo, ̣ܬ, tum verò nihil differt à Græcorum θ. Atq. ita de ceteris sex illis literis, quas diximus bifariam sonare, est existimandum. Hæc enim Syrorum puncta, Kusoi & Ruchoch, ad nullas prorsus literas alias adhibentur. quamquam, ego certè, literam Pe, neutro, neq. molli, neq. duro adhuc insignitam vsquam inuenerim. verùm, fatendum est enim, pauciores à me libri sunt lecti, in quibus accuratè emendateque punctorum omnium notæ literis appositæ fuerunt, quàm vt meo iudicio audeam, Pe, ex illarum numero eximere, quas etiam Hebræi duplici voce enunciari tradunt: præsertim cùm meminisse videar, è Syrorum ore sic exire Pe, vt modò Pi Græcorum, modò Phi esse videatur. Solent autem Kusoi & Ruchoch, diuerso etiam à ceteris punctis colore distinguere Calligraphi, vt nullo errore agnoscantur. Verùm enimuerò vniuersa ipsorum, aut suprà, aut subter scribendi ratio easdem causas habet, quas apud Hebræos Dagges, & Raphe. Nam cùm literæ illæ, quarum hæc puncta esse propria iam diximus, à nullius præmissæ vocalis calem dicam, in iis præceptionibus, quæ sequentur, ipsum erit, a, intelligendum: cùm secundam, e; cùm tertiam, i; cùm quartam, o; postremò cùm quintam, u. Neque enim Syros probare possum, qui secundo loco, o, collocant, quasi affine ipsi, a. quamquam non nesciam eos, qui Chaldaicæ interpretationi sacrarum literarum, quam Thargum appellamus, vocales appossuerũt; mendosissimè sanè plerumque, nec satis bono cum iudicio; eos, inquam, pro ista quarta vocali vbiq. Iudæorum Kamez scripsisse: nimirum quia illud magnam cum quarta vocali habet affinitatem; &, vt est credibile, primi vocalium notarum inuentores eo nunc pro prima, nunc pro quarta vtebantur; nam etiam nunc quartam vocalem, quoties ea breuis est, repręsentat. Et de vocalibus hactenus. Nunc de aliis punctis.

Nota.

Nota.

De pvnctis syrorvm, sive *apicibus, quos nunc* ܣܝܡܐ *nunc* ܢܩܛܐ *vocant*.

Magna vtuntur Syri in libris accuratissimè scriptis, punctorum turba. adeò vt nihil in ea lingua cognitionem habere videatur difficiliorem, atque punctorum omnium ratio. Sunt enim quæ Superiora vocant; sunt quæ Inferiora; sunt Positiones, & Positionum mutationes; sunt narrationum principia, narrationum fines; sunt pausæ, cola, commata; sunt, vt ipsi loquuntur, Cursus finientes, Cursus non finientes. Sunt deniq. interrogandi, demonstrandi, vocandi, imperandi, hortandi, monendi; & vt semel dicam, nihil nõ faciendi notæ, & signa quædam; sed ne à Syris quidem ipsis hoc sæculo satis intellecta, vt meus mihi præceptor sæpè fateri solebat; neq. admodum etiam cognitu necessaria. Nos de istis pòst aliquid dicemus, si vita suppetet. Eorum autem punctorum obseruationi modò danda nobis opera est in hisce rudimentis; quæ dictionum significationes, numeros, personas, tẽpora, modos deniq. verborũ, nominũq. distinguunt. Sed enim, quando, vt diximus, vocales ipsæ nũc quoq. punctis ferè repręsentantur à Syrorum librariis, ne similium inter se punctorum multitudo

Varia Syrorũ puncta.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliæ vocalium notæ per puncta factæ.

quinque vocalium inuentæ, aut veriùs, à Græcis sumptæ, notæ. verùm nunc pleriq. istis omissis notis, voces illas quinque quibusdã punctis indicare malunt. nam pro a, faciunt duo puncta, alterum supra literam, alterum infrà; hoc modo, ◌ַ, ba. Pro e, duo puncta sub litera, ad instar zere Hebræorum: nisi quòd Syri ferè solent dextrum paullo inferius quàm sinistrum collocare, hoc ordine, ◌ֵ, be. Porrò pro i, similiter duo puncta sub litera, sed quorum dextrũ paullo altius exstet quàm sinistrum; hoc modo, ◌ִ, bi. Deniq. loco o, duo puncta sic prorsus supra literam collocata, vt quæ proximè dicebam sub litera, hoc scilicet positu, ◌ُ, bo. verùm vltimam vocalem, u, vix vnquam inuenias, nisi qua diximus nota depictam; nec ferè nisi supra literam Vau. Sunt tamen qui eius loco puncta duo scribant suprà, contrario situ atq. o, pingebatur; hoc est, vt sinistrum altius emineat, ad hunc modum, ◌ُ, bu. Sunt etiam qui vnicum esse faciendũ statuant supra Vau. Et hæ quidem sic punctis distinctæ vocales, aliis quàm exposui locis, scribi non possunt. confunderentur enim. at illæ alteræ solebant quidem, ◌ٓ & ◌ٔ, à veteribus non nisi sub literis collocari; similiter ◌ٖ, ◌ٕ, & ◌ٜ, nusquam nisi suprà. verùm iam promiscuè nunc subter, nunc suprà positas videre est; nimirum vt ipsa scriptura fert commodius. Sed enim vt vno aspectu, quas dixi vocalium formas diuersas cognoscere possis, subiiciam eas, tamquam in tabellã, coniunctè.

◌ַ	vel	◌ַ	◌ַ	◌ִ	◌ֵ	◌ֵ
bu.	vel	bu,	bo,	bi,	be,	ba,
◌ُ	vel	◌ُ	◌ُ	◌ِ	◌ِ	◌ِ

PORRÒ priùs quàm à vocalibus discedam, monendus mihi lector est, eum me ordinem in illis enumerandis secutũ esse, quem ab ipsa institutũ natura Græci Latiniq. tenuerunt. Illa enim pulmonibus proximã vocem, a, collocauit. Deinceps verò paullulum vlterius, versus palatum, e. Mox vlterius etiam, i. Tandem extra dentium claustra, o. Deniq. in vltimis labris, u. Quare cùm primam vocalem

Vocaliũ ordo à natura institutus.

roqui à doctioribus vocatur ◌ٰ, ac si apertum dicas; eadem scilicet notatione, qua Hebræi eandem suam vocalem, קָמַץ, nominarunt. Recludit enim hæc vox grauissima primùm cum ore guttur ipsum; in cuius infima extremitate sonans auditur. Secunda repræsentat nostrum e, formaturq. eadem nota, qua Græcorum e-psilon, sed inuersa: hac scilicet, ◌ٖ. Appellatur autem à vulgo, Esaias: eadem ratione qua prior ille Abrahamus. Sed eruditiores vocãt, ◌ٖ. nimirum quia vox in pulmonibus concepta egeritur iam; & veluti profunditur, neq. coërcetur in imo gutture, vt illa prior. Tertia sonat nostrum i. estq. illa ipsa nota, qua Græci suum Ita, pingunt, sed aliter posita, nempe hoc situ, ◌ٕ. Hanc rursus Syri vocant, Isaac: nimirum quia in eo nomine primo loco auditur. Sed à Grammaticis doctioribus nominatur, ◌ٕ, à comprimẽdis dentibus videlicet. Ista enim vox iam vsque eò à gutture discessit, vt ad dẽtes pertineat: qui propè consociari debent, vt ipsa plenè dicatur. Quartam, quæ nostrũ o, refert, vulgus Odom, hoc est Adamum nuncupat: est enim eius nominis prima vocalis; pingitur autem vt Græcorum omicron, sed forma plerumq. oblongiore, qualis est oui, hoc modo, ◌ٜ. Literati hanc appellãt, ◌ٜ. quasi erectam, aut sublatam nomines: nimirum quia iam labra attollere incipis, cùm ipsam proferre instituis. Est enim hæc vox à pulmonibus vsque extra dentes progressa. Denique postremam, vt puerorum consulant memoriæ, nominant Vriam. Ea sonat nostrũ u; quæ vocalis Vriæ nomen inchoat; sed eruditiores vocant, ◌ٗ. Quia vltimis labris cohibita pressaque vox, eum sonum repræsentat, qui est huius vocalis. Pingebatur ea primùm vt Græcorum y-psilum inuersum, vnà cum o-micro imposito, ad hunc modum, ◌ٗ. Harum enim duarum vocalium coniunctarum illa efficit sonum. Sed nunc faciliore ductu sic ferè formatur, vt Hebræorum Kametz videri possit, cum appositio in latere sinistro interdum o-micro, interdum solo puncto; hoc modo, ◌ٗ, vel ◌ٜ. Atq. hæ quidem fuerunt primæ à superioribus Syris

riore, nunc molliore sono, sic Syri easdem quoq. bifariam pronunciant. Sunt autem eæ literæ, Beth, Gomal, Dolath, Coph, Pe, & Tau. voco autem duriorem sonũ, quando presè, nullaq. cum aspiratione proferuntur: molliorẽ verò, quando cum afflatu anhelantur, vt sic dicam. Cuius rei rationẽ omnẽ mox explicare conabimur, cùm de punctis erit nobis disserendum.

DE LITERIS RADICALIBVS ET SERVILIBVS.

RVRSVS vt apud Hebræos, ita & Syros, quædam literæ perpetuò sunt partes earum positionũ, in quibus inueniuntur. Aliæ autem sæpè officij cuiuspiam causa sunt alienis positionibus adiunctæ. & has seruiles vocant. Sunt autẽ seruiles, Olaph, Beth, Dolath, He, Vau, Iud, Coph, Lomad, Mim, Nun, Tau. Qualem autem quæque harum seruitutem seruiat, cùm ascisc̃ũtur in alienas positiones, sigillatim dicemus, postquam vocalium & aliorum punctorum rationes exposuerimus.

Literæ seruiles.

DE SYRORVM VOCALIBVS, SIVE ◌ٰ◌ٖ◌ٜ◌ٗ.

VT prisci Hebræi, sic Syri quoq. primùm notas vocalium nullas habuerunt, cùm satis per se cõstaret inter omnes, qua quæq. syllaba voce esset efferenda. Et propterea neq. etiam nũc alterutri, nisi in sacrorum librorũ scriptura, vllis ferè vocalium figuris vtuntur. Sunt ergo, quas nunc vtriq. habent, notæ, posterorum inuenta; qui hoc linguis suis subsidium compararunt; ob hoc potissimùm, ne diuina oracula, quæ iis prodita habebant, incerta essent. Et Syri quidem primùm vnico puncto voces omnes repræsentabant, quod supra literas positum significabat a, o, vel v; subter verò, e, vel i. pòst autem à Græcis suarum vocalium figuras mutuati esse videtur; quas quinq. habẽt; nimirũ quot ipsa natura plenissimas homini voces dedit. Earum prima sonat, a, prorsus vt Hebræorum Patah: estq. facta ad similitudinẽ Græci alpha, hoc modo ◌ٖ. Illi Abrahamum vulgò appellant, puerilis memoriæ causa, posito celebri per se nomine; cuius ea est prima vocalis. Ceteroqui

Syrorũ vocales quinq. & singularũ nomina.

vna est. Quòd enim Syri literam Vau, quoties est in syllabarum initiis, sic efferunt, vt nos Germani geminatũ v, faciunt hoc assuefacti lingua Punica; qua propè vniuersus Oriens vulgo vtitur. Porrò ad ipsas literarum figuras quod attinet, cùm Dolath & Risch admodum inter se similes essent, sicut etiamnum apud Iudæos esse videmus, errorem quem ipsa creabat similitudo, omnibus eripere vulgus volens, tacito quodam cõsensu, ipsi quidem Dolath subter, Risch verò suprà adscripsit punctum. Insuper, quò magis elegans appareret scriptura, literas Coph, & Nun, quoties vltima dictionum pars essent, extenderunt in longum, ceteroqui incuruatas. Quin cornu quoq. inferius literæ Mim, cùm ea finem occupauit, non protendunt versus insequentes literas, sed deiiciũt. præterea brachia Lomad, & Ac, nunc deducunt, nunc propè consociant, prout aptior connectendarum literarum ratio postulat. Deniq. dum verba formant, ipsa inter se elementa pingendo ita colligant, vt partim cum præcedentibus apta hæreant, alia cum sequentibus; quædam cum vtrisque; nonnulla etiam cum neutris. Sed ista omnia, quia inspectando scripturas melius, quàm audiendo præceptiones, cognosci possunt; pergam ad alia: vbi prius monuero, Syros non à dextra ad sinistram versus ducere manum, vt Iudæi faciunt, cùm scribunt: sed eam cum calamo ex aduerso positam, sensim ad se, per transuerso situ collocatam chartam reducere: propterea quòd sic commodius, aptiusq. ipsorum literæ formentur. ceteroqui legendi rationem prorsus eandem esse, quam Hebræi tenent. Planè enim sic Syrorum inter se literæ coëunt, consocianturque in syllabas, vocalibus extrinsecus appositis tamquam animatæ, vt Hebræorum. Porrò si quid præterea peculiariter, in quibusdam aut literis, aut syllabis pronunciandis obseruant Syri, id suo quodq. loco dicetur vtilius.

Figura literarum.

Dolath & Risch.

Coph & Nun.

Mim.

Lomad & Ac.

Literarum colligatio.

Syri quomodo scribant.

DE LITERIS, QVÆ BIFARIAM SONANT.

SED enim vt Hebræi sex habent literas, quas duobus modis efferũt, nunc du-

Universidad de Deusto
Biblioteca

GRAMMATICA
LINGVÆ SYRICÆ.

PRODITVM LITERIS est à Doctoribus Hebr. ea elemẽta, quibus Iudæi iam olim in scribendo vtũtur, non esse priscorũ Hebræorum elementa, sed Assyriorum. Ezdram enim, cùm de exsilio Babylonico reuersus in Iudæam, dispersa dissipataque, ac iam tum sensim exolescentia oracula illa diuina instauranda sibi in primis esse putaret, ipsas literas, quibus ea antè scripta fuerant, mutauisse; Assyriisq. vsum literis esse: quòd has Israëlitæ eo sæculo callerent; vt quas in exsilio didicerant: patria autem elementa plerisq. omnibus in obliuionem venissent, vel quia etiam veterum Hebræorum quàm Assyriorum operosior erat scriptura. Hoc enim sanè sic se habere, ostendunt priscorum sicli; qui in ruderibus reperiuntur, Hebræorũ antiquis inscripti literis: quorũ ego vnum apud me habeo. Fuit ergo aliquãdo tempus, cùm istæ, quas depictas à me vides, literæ Syrorum, ab illis quibus nunc Hebræorum lingua scribitur, nihil differrent. At enim elegantioris illi formæ characteres, quibus Ezdræ sæculum vtebatur, in sacrosanctis diuinæ scripturæ monimentis, quòd ea semper sint à paucis, & religiosè, tractata, facilè conseruati sunt. sed vulgus eos assiduo scribendi vsu, vt fit in præcipiti celeritate, paulatim demutauit nonnihil: atque ad faciliores ductus accommodauit. Itaq. factum est, vt rursus aliæ Hebræorum, aliæ Syrorum literæ esse videantur. quod etiam diuus Hieronymus scripsit. Nemo tamen, qui vel leuiter aspiciat, non facilè animaduertat, alteras ex alteris esse natas. Quapropter superuacaneum fuerit, si ego hîc de istarum Syricarum pronunciatione literarum multis disseram: cùm iis ista scribam, qui Hebraicis institutionibus sunt antè eruditi. Nam vt literæ vtriusq. linguæ sunt, quod modò dixi, prorsus geminæ, ita & ipsarum pronũciatio eadem

Sanhedrin capite 2. pag. 21.

Hieronym. præfat. in libros Regũ.

Pronunciatio.

SYRI LITERAS HABENT VIGINTI DVAS: QVAS ET QVOT *Iudæi. Quarum nomina & figuræ cùm maiusculæ, tum expeditiores ex subiecta tabula cognosci possunt.*

ܐ	ܒ	ܓ	ܕ	ܗ	ܘ
V	H	D	G	B	A
ܘܐ	ܗܐ	ܕܠܬ	ܓܡܠ	ܒܝܬ	ܐܠܦ
Vau	He	Dolath	Gomal	Beth	Olaph

ܠ	ܟ	ܝ	ܛ	ܚ	ܙ
L	C	I	T	HH	Z
ܠܡܕ	ܩܘܦ	ܝܘܕ	ܛܝܬ	ܚܝܬ	ܙܐܝ
Lomad	Coph	Iud	Teth	Hheth	Zai

ܣ	ܥ	ܦ	ܨ	ܩ	ܪ
ZZ	P	A	S	N	M
ܣܡܟ	ܦܐ	ܥܐ	ܨܗܝ	ܢܘܢ	ܡܝܡ
Zode	Pe	Ae	Semchat	Nun	Mim

ܬ	ܫ	ܨ	ܪ	ܩ
T. TH	SC	R	Q	
ܬܘ	ܫܝ	ܨܐ	ܪܝ	ܩܘ
Thau.	Schin	Risch	Quoph	

LITERÆ EXPEDITIORES, *quas Currentes vocant.*

ܐ	ܒ	ܓ	ܕ	ܗ	ܘ
Vau	He	Dolath	Gomal	Beth	Olaph

ܙ	ܚ	ܛ	ܝ	ܟ	ܠ
Lomad	Coph	Iud	Teth	Hheth	Zai

ܡ	ܢ	ܣ	ܥ	ܦ	ܨ
Semchat	Nun	Mim	Mim	Lomad	

ܩ	ܪ	ܫ	ܬ	ܬ	ܫ
Risch	Quoph	Zode	Pe	Ae	Ae
			ܬ	ܫ	
			Thau	Schin	

lonijs Israelitæ didicissent, tamen sermone Hebraico inde à cunabulis assuefacti, peregrinũ linguam in patria sic suis casibus vbiq. conseruare non potuerũt, vt non ipsam multis modis ad patriæ, hoc est, Hebraica normam accommodarent. Itaq. ex illo sermone quem à Chaldæis acceperant Israelitæ, cùm eum ipsi, vt dixi, plurimum casibus terminationibúsq. mutauissent; & multa insuper Græca vocabula admiscuissent; (vt erat insequentibus temporibus, apud pleraſq. nationes, Græcorũ lingua in multo vsu;) effecta est ea lingua, quæ non modò à nostris hominibus, sed ab illis quoque, quorum propria est, Syrica vocatur. Habes ergo paucis Syricæ linguæ ortum. Quæ cùm Christus Dei & Mariæ filius, eiúsq. discipuli, quippe vernacula, in Iudæa primum Israëlitis sacrosanctum Euangelium patefecissent, peruulgassentq́, pleriq. omnes deinde Christiani homines, qui illa, atq. vicina circumquaq. loca incolebant, eadem vti cœpere, ad sacra illa salutaris doctrinæ monimenta tum conseruanda, tum posteris prodenda, atq. etiam explicanda. Fuerúntque proinde longo tempore Syrorum Christianorum cœtus celeberrimi & frequentissimi: quamquam ferè in Græcis semper sint annumerati à nobis, qui ad Occidentem habitamus. Doctissimorum igitur hominum studio, quales apud illos multi vixêre, & scriptis libris floruere, breui vsq. eò expolita est illa lingua, vt non minus scitè vocalibus notis, punctisq. alijs, quaq. eius literæ, syllabæ, verba; deniq. verborum casus, numeri, personæ, tempora, genera notata, atq. distincta, & illustrata sint, quàm in Hebræa lingua factum est ab excellentissimo ingenio viris illis, qui auctores Massoreth, hoc est, traditionis, vocantur. Quare si quis mediocri præditus ingenij perspicacia; tũ ab emendatissimis libris, atq. etiam ocio instructus, eas rationes sibi quærendas, inuestigandásque esse statueret, quas secuti sunt illi, qui sic, vt dixi, verba singula appositis suis notis explicarunt; nè ille posset; & quidem non nimis multa in eam rem consumpta opera; Syricarũ literarũ artem omnem certissimis regulis atq. præceptis concludere. Sed vt Iudæi, ita Syri quoq. accuratissimo illo scribendi genere in sola sacrorũ librorum scriptura vtuntur. atq. vtinam etiam vsus fuisset ille librarius, qui in vrbe Mozal ad flumen Tigrim exemplar illud Noui Testamenti scripsit; de quo id optimi & benignissimi Cæsaris Ferdinandi liberalitate, & Mosis Mardeni industria typis est expressum, quod vnum nos habemus: ego certè perfectiora Grammatices præcepta obseruatione diutina animaduertere, atque notare; & per otium tandem conscribere potuissem. Nunc autem veniam iure postulare videor, si nimis rudia hæc rudimenta, atq. inchoata, aut etiam manca, tibi mitto; qui præter talium librorum accuratissimè atq. emendatissimè scriptorũ penuriam, qua maximè impedior, neq. facultate insuper vacui, atq. liberi tẽporis, neq. ingenij vbertate affluo: neq. vllius hominis, quæ sequar, vestigia, hac in re ante me video. Sed exstat à Syris ipsis conscripta Grammatica. eius exspectatione desiderium absolutioris doctrinæ poterunt lenire ij, in quibus est istarum rerum studium. Spes enim est, eam aliquando prodituram in lucem. Nam Moses Mardenus, cùm ipsam, & simul Dictionarium, vt vocant, Syricorum vocabulorũ ex Assyria secum asportasset, Venetiísque reliquisset, & proinde mihi, qui ipsum Romæ priuatim interdum audiebam doctorem, eorum librorum copiam facere non potuisset; pòst Romam Viennam profectus, Ioanni Alb. VVidmanstadio vtrũq. descripsit; vt mihi suis literis significauit. Cùm igitur, vt audio, VVidmanstadij libros omnes, sanè non vulgares, Illustrissimus Bauarorum Dux sibi redemerit; non faciet opinor ille tantus Princeps, & ad rem literariam iuuandam propensissimus, vt tam raros libros in priuata sua bibliotheca situ perire patiatur. Vale vir & literis, & pietate ornatissime. Et si hæc mea lucubratiuncula minimè perfecit quod instituí, magnam culpæ partem in te ipso esse existimato; qui & nimis breui, & minimè vacuo tempore mihi hoc oneris per Plantinum nostrum imposuisti. Iterum vale. Idibus Martijs CIↃ. IↃ. LXX. *Zeuenera.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. BENEDICTO ARIAE MONTANO THEOLOGO DOCTISS.

PIISSIMOQ. ANDREAS MASIVS S. D.

ETsi *exacta iam hieme, quam anni partem priuatis meis studijs liberius semper impendere possum, ad alia atque alia continuò negotia accersar, doctißime Aria: & alioqui bimestre tempus, quo meam istam operã inclusistis, breue nimis esse iudicauerim; tamen vt tui desiderij exspectationẽ conarer, quoad eius facere nunc possem, explere; eò facilius me impulit magnis suis precibus, & mirifica obtestatione Plantinus noster, quòd ea desiderare te intelligerem, quæ aliqua ex parte vtilia fortaßis forent ad absoluendum perficiendumq́ immortale illud opus edẽdæ multis linguis sacræ historiæ: quod opus tua procuratione, quæ tibi à Catholici Regis Maiestate est cõmissa, Plantini verò industria singulari iamdudũ sub prelo versatur; & propè ad vmbilicũ, vt audio, est ductum. Detraxi igitur per superiores hosce dies singulos aliquid temporis, non quidem alijs meis negotijs; neq. enim id officium, quod Illustriß. principi meo debeo, patiebatur; sed mihi ipsi: & quæ aliquando hîc, illic, obseruaram, atq. annotaram, dispersáq. habebam; ea succisiuis operis contraxi, atq. ratione quadam constrinxi, et ad artem, vt cursim potui, redegi. Vtinam verò ex hoc meo qualicumq. labore tantũ capiant homines istarũ rerum studiosi fructũ, quantum ille mihi attulit tædium. Inuitißimè enim atq. fastidiosißimè in hoc scribendi genere versatus sum. Sed vt lingua Syrica originem, cuius literarum cognitio hoc meo opusculo tractatur, paullo altius repetam: Sermonem Hebraicum fuisse eum, cuius communione primos homines inter se iunxerat optimus parens Deus, tam confessa iam olim apud doctos viros res est, vt refelli non mereantur, qui ingenij ostentandi gratia magis, quàm pro suæ ipsorũ existimatione, nescio cui linguæ principatũ dare audent. Illum autem sermonem post linguarum confusionem mansisse apud Semitas, significasse, mihi quidem, Moses videtur, cùm diceret; Sem fuisse parentem omnium filiorũ Heber. Nemo enim nescit ab Heber nomẽ habere Hebræos. Cùm porrò apud istos nimis facile, atq. etiam tum viuo Sem, exolescere auita religio, ille maiorum melior sermo simul paullatim corrumpebatur, deprauabatúrq.*

Gen. 10. vers. 21.

Quod fieri etiam ante Abrahami ætatem cœptũ erat. Iam tũ enim colebant isti deos alienos, vt est in Iosuæ historia scriptũ. Sed hic, cùm cæsti inflatu, tamquam manu iecta, è superstitionibus patrijs esset exemptus, atq. ad colendam illam sanctiorum parentum pietatem religionémq. reuocatus, linguam quoq. ipsorum, quam vt primam, ita optimã esse intelligebat; constanter sibi putauit esse retinendam. Itaq. ceteri, vt more maiorũ suorum purè Deum colere, ita & purè illorũ more loqui, nõ diu post, desiêre; próq. Hebræo sermone, Chaldæo vti cœpêre.

Iosu. 24. vers. 2.

Gen. 31. vers. 46.

Cui rei satis magno argumento sunt Labanis illa verba, יְגַר סָהֲדוּתָא, quibus ille vtebatur, cùm tumulũ testimonij dicere vellet. At Abrahamus, eiúsq. posteri Israelitæ, Hebræum, vnà cum auita religione retinuerunt vsq. adeò firmè, vt ne in Aegypti quidem annorum plus quàm ducentorum exsilio, vel longa consuetudine & familiaritate barbarorũ, vel seruitutis duritate eum amitterent. Porrò cùm hi ob sua scelera, quæ post Dauidis imperium, & Salomonis, veluti quodam probæ religionis fastidio, indies maiora patrabãt; in Babyloniam tandem captiui essent abducti, continuò huius gentis sermonẽ, hoc est, Chaldaicum, tam sunt cupidè amplexati, vt cùm nõ ferè pluribus quàm septuaginta illic annis mansissent, eum deinde, in patriam reuersi, perpetuò pro vernaculo vsurpauerint: cùm Hebræum interim, quòd eo & Lex ipsa, & sacra omnis historia, atq. vatiẽini libri, ac alia insuper præclara doctißima antiquitatis monimenta essent conscripta, soli sacerdotes, & præter eos alij homines qui literis studebant, rerumq́ optimarum cognitioni sese dabant, vtcumq. conseruarent, & in ludis literarijs eo pueros ad literas destinatos excolerent. Sed enim quamuis Chaldaicè loqui à Babylonijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

GRAMMATICA
LINGVÆ SYRICÆ,

INVENTORE ATQ. AVCTORE
ANDREA MASIO:

OPVS nouum, & à noſtris hominibus adhuc non tractatum: quod laborioſa animaduerſione atq. notatione vocalium, aliorumq́. punctorum Syricorum, quibuſq. dictionibus in optimis emendatiſſimiſq́. libris appoſitorum ille nuper compoſuit.

PSAL. LXXI.

ܐܠܗܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܡܢ ܠܟܘܬܟ ܘܥܕܡܐ ܠܗܘܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܐܘܡܪܐ

PSAL. XCIV.

ܛܘܒܘܗܝ ܠܒܪܢܫܐ ܕܐܪܕܝܘܗܝ ܐܢܬ ܡܪܝܐ: ܘܡܢ ܢܡܘܣܟ ܠܟܘܬܗ



ANTVERPIÆ
Excudebat Chriſtophorus Plantinus
Architypographus Regius,
M. D. LXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX DICTIONVM QVARVM RADIX

INVENTV PAVLO DIFFICILIOR VIDETVR:

EARVM RADICE POSTPOSITA.

אֲבִיזֹן אֲבִיזֹנָה אֲבָה
אַבְעֲבֻעוֹת בָּעָה
אַגְמוֹן אֲגַם
אֲהָה הָהּ
אוֹבֵל אָבַל
אוֹיל אָוַל
אוֹלַי אֻלַּי
אוֹלָם אֲבָל אֻם
אוֹם אֻמָּה
אוֹפֶז פָּזַז
אָזַי אָז
אָח אָחָה
אָחוֹ אָחוֹת
אָחוֹת חָוָה
אָחַת אָחָד
אִטִּים אָט
אִיָּה אַיֵּה אִי
אִיּוֹם אַיִם
אִיָּוֶה אִי
אֵיכָה אֵיכָכָה אֵיכוֹת אִיכָּה
אֵיכָה אִי
אֵילוֹ אִי
אֵילָת אַיָּלוֹת אַיָּל
אֵיפֹה אֵיפָה אֵיפוֹ אֵיפָה
אֵישׁוֹן אֵשׁוֹן אִישׁוֹן
אֵית אֵת
אֵיתָן אֵיתָן
אַל אֵלוֹן
אֵל אֱלִי אֱלִיָּה אֵלָה
אֵלִיל אֱלִילֵי אֵלָל
אֵלְמוֹן אַלְמָן אַלְמָנִי אַלֵּם
אֵמָה אֵמָּה אֵם
אֶמְלַל אָמַל
אֶמְנָם אֱמֶנֶת אֱמוּנָה אָמַן
אֵמֶת אָמַן
אֵנָה אָנָה אָנָּה אָנָּא אָנִי
אֲנִי אָן
אֲנִי אֲנָיָה אֳנִי
אֲנַחְנוּ אָן אָנָּא
אָנְכִי אָנֹךְ
אַפְרִיוֹן פָּרָה
אַרְבֶּה רְבוּרָה
אַרְיֵה אֲרִי אֲרִיאֵל אֲרָיוֹת
אֲרִיוֹת אֲרָיוֹת אֵרָה
אֹשֶׁר אֲנָשׁ אוֹ אִישׁ
אִשִּׁיָּה אִשָּׁה
אִשָּׁה אֵשׁ
אֶתְנִים אֵת
אַתָּה אָתָּה
אָתְנָה אֶתְנַן
אֵתִים אִתִּים אֵת
אַתִּיק נָתַק
אֲתָרִים תּוֹר
בְּבֻלִי בָּבֶל

בִּגְלַל גָּלַל
בּוּרִית בָּרַר
בֹּהוּ בָּהָה
בְּזוֹי בָּזָה
בְּיוֹן בָּזָה
בִּיאָה בּוֹא
בִּירָה בִּירְנִיּוֹת בִּירִי
בְּכוֹת בְּכִי בְּכִית בָּכָה
בֶּכֶן כּוֹן
בְּלוֹאֵי בְּלוֹיֵי בָּלָה
בְּלִי בַּל אוֹ בְּלָה
בְּלִילוֹ בָּלַל
בְּלִימָה בָּלַם
בִּלְעָל בַּל
בִּלְתִּי בָּלָה
בֵּן בָּנָה
בְּנִים בֵּין
בַּעֲבוּר עֵבֶר
בְּרוֹת בְּרִי בָּרָה
בְּרִיא בְּרִיאָה בְּרִיָּה בָּרָא
בְּרֵכָה בֶּרֶךְ
בְּרִיחַ בָּרַח
בֶּרֶת כָּרַת אוֹ בָּנָה
בֵּת בָּנָה
בַּת גָּאוֹן גָּאָה
גֵּאָה גָּאָה
גֵּב גַּבָּה
גֹּבַּז גַּבְגַּבּוֹת גַּב
גַּבָּה גֵּאָה
גְּבָרָה גְּבֶרֶת גָּבַר
גְּדוּת גְּדִית גָּדַר
גְּוִיָּה גֵּוָה
גְּוִיל גָּלַל
גֵּיא גַּיְא גַּיָּוֹת גָּיָא
גֵּיחוֹן גִּיחַ
גֵּילָה גּוֹל
גַּל גַּלְגַּל גִּלְגֹּל גָּלַל
גַּלּוֹת גָּלוֹן גָּלָה
גַּנָּה גָּנַן
גַּר גּוֹר
גְּרוּת גִּתִּית גַּת
דְּאָג דּוֹג
דִּבְרָה דָּבַר
דְּבוֹרָה דָּבַר
דָּג דָּגָה
דְּיוֹרִים דִּיר
דָּנִי דָּנָה
דְּוֵמִיָּה דָּמָה
דֹּם דָּמָה
דַּפִּי דָּפָה
דָּתִי דָּתָה
דַּתִּים דּוֹג
דְּיָה דַּי
דִּין דָּן
דַּיִשׁ דּוּשׁ
דַּךְ דִּיכִי
דַּכָּה דָּכָא

הַפָּה הָהּ אוֹ הֵמָּה
הָרָה הָרָא
הֲרוֹסֶת הָרַס אוֹ סוּר
הַוּוֹת הָוָה
הַכְרָה נָכַר
הַלְוָאָה לָוָה
הַמְיָה הָמָה
הֲמֻם הָמָם
הִנֵּה הֵנָּה הֲמָה
הֲנָחָה נוּחַ
הַפְכָּה הַפְכְּפָךְ הָפַךְ
הַצָּלָה נָצַל
הַר הָרַר
הַרְבֵּה רָבָה
הָרִים הָרוֹן הָרָיוֹן הָרָה
הַרְמוֹנָה אַרְמוֹן
הַשְׁאֵת שָׁחָה
הִתְיַצְּבוּת אָתָּה
זֹאת זֶה
זֶד זִיד זָדוֹן זָדוֹן
זוֹ זֶה
זְוִיָּה זָוִי
זוֹלָתִי זוּלַת
זוֹנָה זָנָה
זְכוּכִית זָךְ
זְלוֹת זָלַל
זְמָה זָמַם
זִן זָנָה
זְנוּת זָנָה
זְעָה זָעַע
זְקֵנִים זָקַן
זְרוֹעַ זָרַע
חֲבִיבוּת חָבִיב
חֲבִית חָבָה
חֲגָב חָגַב
חֲגִיגָה חָגַג
חֲדוּת חָדָה
חֲדָוָה חָדָה
חוּף חָפָה חָף
חֲזוֹן חִזָּיוֹן חָזוֹת
חֲטָפָה חָטַף
חִיזָּיוֹן חִיצוֹנָה
חֵיל חוֹל
חֵיק חוֹג

חֲפָה חָדָה
חֲרָה חַל אוֹ חָלַל
חֲרוֹן חָלַל
חֲלִי חֹלִי חָלָה
חֲלָבַיִם חֵיל
חֲמָנִים חַמָּה
חַמָּה חַמָּה חָמָה
חֵן חִין
חֲנִית חָנָה
חֲנֹם חָנַן
חֲצִי חָוָה
חֹק חָקַק
חֲרוֹן חָרָה
חֲרָחוֹר חָרַר
חֲרִי חֹרִי חָרָה
חֲתִית חַחֲתִים חָחָה
יַגּוֹן יָגָה
יְהֻלּוֹם הָלַם
יְוּבָל אֲבָל
יוֹפִי יָפָה
יְרַקְרַק יָרַק
יֵשׁ נָשָׁה
יְשֻׁרוּן יָשָׁר
יְאֵת אֵת
כְּאֵבִיר כָּבַד
כְּוִיָּה כִּי
כִּילּוֹן כְּלִיוֹת
כִּלְיָה כָּלָה
כְּמוֹ כֵּן כֵּנָה
כְּסוּת כָּסוּת
כַּף כָּפָה
לֹא לוֹ
לֵב לַבָּה לְבָבָה
לֶבֶד לָבַד
לְבָנָה לָבַן
לְוָיָה לְוָיָתָן לָוָה
לוּלִי לוּל
לְחִי לָחָה
לֵילִית לַיִל
לְלוּאוֹת לָלַד
לְמוֹאל לְמֹנִי
לֵץ לָצוֹן לָצִים
לַהּ לָהַב
מַאֲוַיִם אָוָה
מְאֵרָה אָרַר
מְבוּא בָּוָא

מַבּוּעַ נָבַע
מַבָּט נָבַט
מַבְלִיגָה בָּלַג
מְגוֹרָה גּוֹר
מַגָּל נָגַל
מָגֵן גָּנַן
מְגַמָּה נָגַם
מַגָּפָה נָגַף
מַד מָדַד
מִדְוֶה דָּוָה
מִדְיָן דִּין אוֹ מָדַד
מְדִינָה מָדַן
מוֹשָׁב יָשַׁב
מוֹשָׁעָה יָשַׁע
מוֹתָר יָתַר
מְזוֹנִים זָנָה
מְזִמָּה זָמַם
מְזֹנָה מָזוֹן
מַזָּלוֹת נָזַל
מְזִמָּה זָמַם
מְזַמָּרָה מַזְמֵרָה
מְזָרָה זָרָה
מִחְיָה חָיָה
מַחֲנֶה חָנָה
מַחֲנַיִם חָנָה
מַחֲצִית חָצָה
מַחֲרֵשָׁה חָרַשׁ
מַטָּה נָטָה
מַטְבֵּעַ טָבַע
מַטָּה יָתַד
מַטָּה מַטֶּה אוֹ שָׁבֶט
מַטָּה נָטָה

תלע *Inde* תולעה Vermis: *Iſa.14,12.* תולעים Vermes: *Exod.16,20.* תולעת Vermis, & vermiculus, color, *qui vulgò* Carmeſinus *dicitur : Pſal.22,7. Et cum affix.* תולעתם Vermis eorum: *Iſa.66,verſ.vlt. Et aliud, Thren.4,5.* Super תולע vermiculum *aut* coccinum. *Vel,* In vermiculo *.i.* veſtibus vermiculatis *aut* coccineis.

Et Benoni in Piel, מתלעים Induti vermiculatis, *aut* coccineis veſtibus: *Nahum 2,3.* מתלעות Molares dentes: *Iob 29,17. & Ioel.1,6.*

תמם *ſiue* תם (*vt* סב) Perfici, compleri, finiri, conſumi: *Geneſ.47,11. &c. Et* תמנו Conſumpti ſumus: *Thren.3,22. ſine daghes. Vel,* Conſumptæ ſunt. *vt* נ *ſit pro* ם. *vt Pſalm.64,7.* תמנו חפש מחפש Perfecerunt ſcrutinium inquiſitum. *ac ſi d.* Scrutabuntur iniquitates, donec perficiant eas, vt non poſſit homo excogitare, & ſcrutari amplius, quàm ipſi ſcrutati ſunt. *Item tranſitiuè, Ier.27,8.* עד תמי אתם Donec conſumam eos. *Quæ autem habent* ת *dagheſſatum in futuro; vt* יתם תתום, *& ſemel cum kibbuts,* תתם Conſumetur, *&c. ſunt ex Cal ſecundum R. Ionah, ſed ſecundum R.Dauid ex Niphal.* [*Illud autem Pſal.19,14. exponitur,* איתם Immaculatus, perfectus ero. *eſt futurum ex Niph. cum Iod quieſcente poſt* א *præter normam.*] *In Hiphil,* התם התמתי Conſumere, perficere: *Ezech.22,15. 2 Sam.20,18.* כהתם פשעים Cùm conſumpti fuerint præuaricatores: *Dan.8,23. Et in Hithpael,* תתמם Immaculatus eris, *vel* Perfectus eris: *Pſal.18,26.* תם Perfectus, integer, conſummatus, immaculatus: *Geneſ.25,27. Iob 1,1. Hieronym.* Simplex. תמים Perfecti: *Exod.26,23.*

תמה Perfecta: *Cant.4. vel* Immaculata. תמים Perfectus, immaculatus: *Gen.6,9.* (*& Ioſ.10,13.* כיום תמים Die perfecta, integra. *Caph eſt expreſſiuum veritatis.*)

[*Item* Perfectio, integritas: *Pſal.84,12. Vel exponitur aduerbialiter,* Perfectè, *&c. ſic Ham.5,10. & Iud.9,16.*]

תמימים & תמימי Perfecti, immaculati, integri, *&c.* תמימה Perfecta, *femininum.* תמימות *in plurali.*

תם Perfectio, integritas: *Pſal.25,21. Hieron.* Simplicitas. *Et aduerbialiter,* Perfectè, integrè, immaculatè: *Prou.10,9.* [*Item* Perfectus, immaculatus: *Prou.10,29. ſed cum macaph holem mutatur in hatephcamets: vt 13.* תם־דרך Immaculatū via.] בתם לבבי In perfectione cordis mei: *Pſal.101,2.* בתמי In perfectione mea: *Pſalm.26,11. Et cum* ה *femineo,* תמה Perfectio, *&cet. Prou.11,3. & Iob 2,3.* מתם Perfectio. *quære in* מתה *in fine.* תמים Tummim, Perfectiones: *Exod.28,verſ.30. Hieron.* Doctrinam & veritatem. *Ignorant Hebræi quid ſint. Vide* אורים *in* אור. תמיך ואוריך Perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ: *Deuter.33,8. Interrogabant autem per* Vrim & Tummim *filij Iſrael, cùm vellent ſcire ea, quæ facere aut non facere debebant.*

תמד *Inde fit* תמיד Semper, iugiter, quotidie: *Pſal.16,8. Item* התמיד Quotidianus, a, um; iugis, e: *Num.4,6. Dan.8,11.*

תמה Admirari. *He non deperditur in coniugando. vt Pſal.48,6.* תמהו Admirati ſunt. ויתמהו Et admirati ſunt. *Et in Hithpael,* והתמהו תמהו Et admiramini, admiramini. *cum defectu* ה *formatiui: Habac.1,5.* תמהון Admiratio: *Zachar.12,4. & in regimine, Deut.28.* תמהון.

תמז *Inde Ezech.8,14.* תמוז Tammuz. *Hieron.* Adonidem. *R.Dauid ſcribit, quòd faciebant imaginem, cuius oculos plumbo replebant, & accenſo infernè igne, plumbum* *liquefiebat, ſicque flere videbatur. Alij ſcribunt fuiſſe* Prophetam idololatram Tammuz *nomine: qui cùm occiſus fuiſſet à rege, conuenerunt omnia idola in Babyloniam, ad imaginem aureum Solis, quàm fecerat, vt mortem eius deflerent: & fuit hoc illis ſtatutum perpetuum, vt in principio diei menſis Tammuz, (qui plerūque* noſtro Iunio reſpondet) *quotannis plangerent ac flerent Tammuz. Quidam dicunt fuiſſe* nomen animalis, quod colebant.

תמך Suſtentare, tenere, apprehendere: *Pſalm.41,13. &c. Plerumque conſtruitur cum* ב. (*Benoni inuenitur cum hiric loco ſere,* תומיך Suſtentans: *Pſalm.16,5.*) *Item Prouer.29,23.* Et humilis ſpiritu יתמך־כבוד Capiet, tenebit, ſuſtentabit, apprehendet gloriam. *Al.* Humilem ſpiritu ſuſtentabit gloria *.i.* Deus glorioſus, *&c. Et in Niphal,5,22.* יתמך Apprehendetur. *Hieron.* Confringetur.

תמל *Inde* תמול Heri: *& dicitur* de die præterito, tam de propinquo, quàm de longinquo: *Ruth 2,10. Et cum* א *præpoſito,* אתמול *2 Sam.4,2. Item Mich.2,8. cum ſurec pro holem* אתמול, *licet quidam exponant,* E contra, eregione, *ac ſi eſſet* מול, *&* את *pro* מן *.i.* è, ex, de. *ſic Iſaiæ 30,33.* תמן *Quære in* ימן.

תמר Palma, arbor: *Pſal.92,12.* תמרים Palmæ, *in plurali, Num.33,9.* תמר & תמורה *Idem: Deut.4,5. & Ezech.4,18.* תמרים & תמרת Palmæ: *1 Reg.6,29. Ezech.40,21. Et in regim.* תמרות, *Ioel.3,3.*

תנן *Inde* תנין Serpens, *aut* Draco: & Piſcis magnus vt Draco, ſicut cete, balenæ. *Et interdum vice* ן *ponitur* ם, תנים *Iob 7,11. Ezech.26,3. & 32,2.* תנינים Serpentes, dracones: *Deut.32,33.* Ceti, balenæ: *Pſal.74,13.&c. Et interdum deeſt litera geminanda. vt* תנין & תנים *pro* תנינים Dracones: *Thren.4,3. Ierem.9,11. 14,6. Et plural. feminin.* לתנות Serpentibus, draconibus: *Malach.1,3. Vel,* In fabulas, *aut* narrationes, *à* תנה. *Tharg.* In deſolationes.

תנה Donare, donis *aut* mercede conducere: *Hoſ.8,10. Doctores Hebr. exponunt,* Cùm יתנו narrata fuerint in gentibus. *Et in Hiphil, Hoſ.8,verſ.7.* התנו אהבים Mercede conduxerunt amatores.

אתנן & אתנה Merces, donum: *Ezech.16,31. Hoſ.2,13.* אתננה Merces eius: *Iſaiæ 23,18. cum daghes in vltimo Nun. ſic in plurali, Mich.1,7. Illud autem Iudic.11,39. exponitur,* לתנות Ad alloquendum. *Al.* Ad lamentandum, plangendum, *&c. Sic 5,11.* יתנו Narrent, loquantur, confiteantur, *aut* laudent.

תנך *Inde* תנוך Tenerum, quod eſt in extremo auris, Fibra auris: *Exod.29,20.*

תנר *Inde* תנור Clibanus, furnus: *Geneſ.15,17. Et in plurali, Nehem.12,30.* תנורים.

תעב Abominari. *Et in Niphal,* Abominabile eſſe, *vt* נתעב *1 Paral.21,6. Et in Benoni cum camets, Iob 15,16.* Abominabilis. *Et in Hiphil,* התעיבו Abominabile fecerūt: *Pſal.14,1. & 53,1. Et in Piel,* תעב Abominari. *vt Iob 9,31. 19,19. & 30,10.* (*Sed Iſa.49,7.* למתעב גוי Ad abominabilem gentem. *eſt nomen Toar, ſecundum formam Benoni.*) *In futuro, Pſalm.5,6. 119,163. &c. Taf habet interdum longam vocalem, aliquando breuem.* תועבה Abominatio: *Geneſ.43,32. Et in regim.* תעבת, *Prou.8,7.* תועבות & תועבת Abominationes, *&c.*

תעה Errare: *Iſa.21,4. Futur. interdū deperdit* ה. *vt Prou.7,25.* אל־תתע Ne erres. *ſic Gen.21,14.&c.*

Et in

Et in Hiphil, התעה Errare fecit: *Hoſeæ 4,12.* (*ſed Prouerb.10,17.* מתעה Errans, *vel* errat. *eſt intranſitiuum, inquit R. Dauid. vel tranſitiuum .i.* Errare facit animam ſuam, *vel* alios. *ſic Iſaiæ 30,28. &c.*) *Et in Niphal,* נתעה Qui errat. (*Hieron.* Errore deceptus:) *Iob 15,31. & in Macor, Iſa.19,14.* [*Illud autem Iob 4, verſu 10.* נתעו Euulſi ſunt, *vide in* לתע. *Q.tamen exponit,* Errabūt (*à* תעה) *.ſ.* abſque cibo.] † תועה Error: *Iſa.32,6.*

תער Nouacula: *Numer.6,5.* [Vagina. *vt 1 Samuel.17,51. idque cum affixo,* מתערה De vagina eius. *ſic alibi.*]

תפף *Inde* תוף Tympanum: *Pſal.81,3.* תפים Tympana: *Iſaiæ 24, verſ.8. Et verbum in Piel,* מתפפות Tympanizantes: *Nahum 2,7.* תופפות *Nomen Toar,* Tympaniſtriæ: *Pſal.68,26.*

תפח *Inde* תפוח Malus arbor, & Malum fructus, pomum: *Cant.8,5. &* תפוחים *plural.7,9.*

תפל *Inde* תפל Inſulſum, inſipidum: *Iob 6,6. & Thren.2,14. vbi* Inſulſum *ponitur pro* Inſulſa, *.i.* irrationabilia. *ſic Ezech.13.* Liniebant illum תפל luto inſulſo, *id eſt,* abſque firmitate. *Hieron. & Tharg.* Luto abſque paleis. תפלה Inſulſum, *pro* inſulſa *.i.* irrationabilia: *Ierem.23,13. Hieronym.* Fatuitatem. *R. Salom.* Turpe, *pro* turpia. *R.Dauid,* Rem euanidam, cui non eſt ſapor. *ſic Iob 24,12.* Prohibitio: *vel* Verbum, *vel,* Res irrationalis.

תפר Suere: *Iob 16,15. Et in Piel,* למתפרות Suentibus (puluillos:) *Ezech.13,18.*

תפש Apprehendere, comprehendere, tenere, capere: *2 Reg.12,13. &c.* [*Sed in Pual,* תפוש Opertus, tectus: *Habac.2,19.*] *Et in Niphal,* Capi: *Ezech.19,4.&c. Et in Piel, Prou.30,28.* תתפש Capiet.

תפת Ignis Ghe-hinnom, *id eſt,* gehennæ: *Iob 17,6. Quidam deducunt à* תוף *.i.* Tympanum. *ac ſi d.* Fuerunt læti de me antea, quemadmodum qui lętantur ad tympanum. *Alij exponunt* dominum, (*iuxta illud Dan.3,2.* תפתיא Domini & præfecti prouinciarū.) *Item 2 Reg.23,11.* את־התפת Thopheth. *Eſt* Locus viliſſimus & pollutus, quò proiiciebantur cadauera & omnia immunda, coniunctus Ieruſalem in valle filij Hinnom. (Locus impiorum damnatorum. *ſicut contrà* Iuſtorum merces *vocatur* גן־עדן.) *quod dicitur etiam alio nomine* תפתה, *Iſa.30,33.*

תקן Dirigere. *vt Eccleſ.1,16. vbi eſt intranſitiuè exponendum,* לתקון Dirigi, rectum eſſe.

Et in Piel, תקן Dirigere, rectum facere: *12,9. & 7,15.*

תקע Figere: *Geneſ.31,23. & in Paul, Iſaiæ 22,25.* Clangere: *Ezech.33,6.* [Percutere manum, *id eſt,* Fideiubere, manum tangendo; ſtipulari: *Prou.6,1. & 11,15. quod etiam capitur pro* Plaudere: *Nahum 3,18.*] *In Niphal,* יתקע Clangetur: *Iſa.27,13.&c.* [*Sed Iob 17,3.* Percutiet ſe, *id eſt,* manum ſuam fideiubendo pro illo?]

תקף Roborari, fortificari, fortem eſſe: *Iob 14,20.* תקיף Fortis, robuſtus: *Eccleſ.6,10.*

תקף Fortitudo: *Eſther 9,28.* תקפו Fortitudo eius: *19,2.*

תרז *Inde* תרזה Genus arboris, *id eſt,* Ilex, *vel* Pinus: *Iſaiæ 44,14.*

תרן Malus nauis: *Ezech.27,5. Et cum affixo,* תרנם In malo ſuo: *Iſa.33,23.*

תרע *Inde* תרעתים Ianitores: *1 Paral.2,52. Quidam dicunt eſſe* nomen familiæ *.i.* Tirhatæi.

תרף Imago, in qua videntur futura: *Geneſ.31,17. In plurali,* תרפים. *Quidam dicūt fuiſſe* Inſtrumenta ærea, ad cognoſcendū partes horarū. *Al.* Imagines, quas faciebant aſtrologi, quæ loquebantur.

תרש *Inde* תרשיש. *quære in radice* רשש.

תשע *&* תשע Nouem, *femin. Geneſ.5,4.* תשעה *&* תשעת *Maſcul. Numer.1,23. Et pro pronomine Toar,* Nonus, a, um: *2 Reg.25,3.* תשעים Nonaginta: *Geneſ.5,8.* תשיעי Nonus: *Num.7.* תשיעית *Feminin. Leuit.25.*

NOMINA QVADRATA.

תלתלים *Quære in radice* תלל.

תעתע *Geminatum à* תעה. *Et Piel, vt Gen.27,12.* כמתעתע Tanquam errare faciens, tanquam deceptor. *Et in Hithpael, 2 Par.36,16.* ומתעתעים Et errabant. *Vel,* Subſannabant, illudebant. תעתעים Errores, *vel* Subſannationes: *Ierem.10,15.*

תחרא Lorica. *idem quod* שריון: *Exod.28,33.*

תחרה *Inde* תתחר, *Quære in* חרה, *in Hithp. quod ponitur pro* תתחרה. *Et in Piel, Ierem.22,15.* מתחרה Miſcees te. תתחרה Miſcebis te: *12,5.*

תם ספר הזה ברוך יי אשר הנהיגני עד הנה

APPROBATIO EPITOMES PAGNINI.

Hanc Epitomen Theſauri linguæ Hebraicæ, auctore Sancte Pagnino Lucenſi, magno cum fructu Hebrææ linguæ ſtudioſorum imprimendam nos infraſcripti cenſemus. Actum Louanij, pridie Calendas Apriles, Anno CIↃ. IↃ. LXIX.

Auguſtinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri Goudanus.
Iohannes VVilhelmi Harlemius.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mediatores. *ſad faciendum miſericordiam. R. D.* Vir contritionum *.i.* qui conterit hominem fidentem illi, & non cauentem ab illo, & fraudat illum ore ſuo. *& ſic* תָּכַךְ *eſt* Conterere. *Vel*, Vir contritionum *.i.* quem tenuitas & paupertas conterunt. (*Et ſic Pſal.72,14.* מִתּוֹךְ A contritione. *poteſt eſſe à* תָּכָה. *Sed plerique exponunt*, Vir fraudum *.i.* fraudulentus, *&c.*)

תָּכָה Coniungi, adhærere, ambulare. *vt Deut.31, 3.* תָּכוּ Coniuncti fuerunt, *&c.* *Q.* Qui ambulauerint in medio pedum tuorum. *vel* ad pedem tuum. *i.* per viam tuam, *&c.* (*Al. à* נָכָה *.i.* Percutere. *ac ſi d.* Etiamſi fuerint percuſſi propter te, verba tua non derelinquent.) *Al.* Poſiti ſunt in medio pedum, *&c.*

תְּכָיִים Pauones: *1 Reg.10,22.* *Q.* Genus ſimiæ.

תְּכֵלֶת *Inde* תְּכֵלָה Hyacinthus: *Exod.26,30.*

תָּכַן Ponderare, numerare. *Prouerb.16,2. & 21,2. idque in Benoni*, תֻּכַן Dirigens, diſponens.

Et in Niphal, נִתְכַּן Numerari, ponderari: *1 Sam.2,3.* תִּכֹּן *vbi* לֹא *ponitur pro* לוֹ *.i.* ei. Rectum eſſe: *Ezech.18,29.*

Et in Piel, תִּכֵּן Ponderare, *vel* Dirigere: *Iſa.40,12. & verſ.13. ſic Iob 28,25. & Pſal.75,4.* מְתַכְּנִין Ponderatũ numeratumque: *2 Reg.12,11.* *Q.* Signatum, figuratum. תַּכְנִית Summa, numerus: *Ezech.28,12.* (*Hieron. legit per* ב *.i.* Similitudo, exemplar. *Item per* כ *ſignificat* Diſpoſitionem *&* figuram ædificij.) *ſic Ezech. 43,10.* מַתְכֻּנַת *&* תֹּכֶן Summa, numerus; Pondus, menſura, diſpoſitio: *45,11. Exod.5,8.* עַל־מַתְכֻּנְתּוֹ Secundũ diſpoſitionẽ ſuam, *vel* rectitudinem ſuam *.i.* vt rectũ erat: *2 Par.24,13.* *Q.* Super locũ ſuum. מַתְכֻּנְתּוֹ Pondus, ſumma eius. *Q.* Æqualitas eius: *Ezech.45,11. ſic Exod.30,28. & verſ.33.* Secundum ſummam, numerum; *vel* ponduseius, *&c. Tharg.* Similitudinem.

תָּלַל Eleuare inſtar tumuli *aut* cumuli. *vt* וְתָלוֹל Et eleuatum: *Ezech.17,22. Hieron.* Eminentem.

תֵּל Tumulus, cumulus, aceruus: *Deut.13,16. Et cum affix.* Super תֵּלָם tumulum eorum: *Ioſ.11,13. id eſt*, quæ ſtabant in robore ſuo. *vt habet Tharg. Et nomen compoſitum* לְתַלְפִּיּוֹת Ad doctrinas *.ſ.* tranſeuntium: *Cantic.4,4. de quo in* אֶלֶף. *componitur à* תֵּל *.i.* forte, eleuatum, altum; *&* פִּיּוֹת *.i.* Lapides turris exciſi ad ſimilitudinem oris. *Q.* לְתֵלוּת פִּיּוֹת *.i.* ad ſuſpendendũ acies, *.ſ.* gladiorum, *id eſt*, gladios. תַּלְתַּלִּים Criſpi: *Cantic. 5,11.* *Q.* Extremitates capillorum eius eleuatæ vt tumulus *.i.* criſpæ. *Et verbum* תָּלַל Suſpendere. *vt Pſal.137,3.* וְתוֹלָלֵינוּ שִׂמְחָה Et ſuſpenſiones noſtras ob lætitiam. *Vel*, Et citharis ſuſpenſis lætitiam. (*Quidam deducunt à* יָלַל *.i.* Vlulare. *ac ſi d.* Pro vlulatibus noſtris, *&c. Al. ab* הָלַל *.i.* Inſanire. *vt ſit ſenſus:* Inimici noſtri qui inſaniunt contra nos.) *Al.* Inſtrumenta muſica noſtra lætitiæ.

תָּלָה *&* תָּלָא *in Cal & Piel*, Suſpendere, appendere: *Geneſ.40, 21. Ezech.27.* (*ſic 2 Sam. 21, 13.* תְּלוּם Suſpenderunt eos. *quidam codices habent cum* א, תְּלָאוּם.) תְּלִי Suſpenſus: *Deuter.21,23. Plurale ſic inuenitur*, תְּלוּמִים תְּלָאִים *&* תְּלוּיִם *Ioſ.10,26. Deut.28,64. & Hoſeæ 11,7. In Niphal*, Suſpendi: *Thren.5,12.*

תֶּלִי Pharetra, *ſic appellata, quòd ſuſpenſæ ſint ſagittæ in ea. Vel eſt* Gladius, qui ad latus ſuſpenditur.

תַּלְיְךָ Pharetram tuam; Gladium, *vel* Tela, *&cet. Geneſ.27,3.*

תֶּלֶם Sulcus: *Iob 39, verſu 7.* תְּלָמִים *&* תְּלָמֵי *in plurali.*

illum, *&c. R. Salom.* Poſtulauerũt ſignum atque portentum. *Et in Piel, 1 Sam.21,13.* וַיְתָו Et ſignabat, deſignabat, ſcribẽbat. תָּו Signum, *vt ſuprà. Et cum affixo, Iob 31,35.* תָּוִי Signum meum. *Q.* Scriptura mea. *Quidam exponunt* Deſiderium meum, *ac ſi eſſet* תַּאֲוַי.

תּוֹךְ Medium, inter, intra: *Deut.3,16. &c. quæ ſunt cum Vaſ quieſcente, ſunt in regimine.* תָּוֶךְ *Abſolutum inuenitur Iudic. 16, 29. & alibi.* [*Item* Dolus, fraus, hypocriſis, *ſic appellata, eò quòd homo qui fraudat alterum, odio in corde abſcondito, præ ſe fert cum illo amicitiam.* תָּוֶךְ *Pſal.10,7. & 55,12. Vide* תָּכָךְ.] בְּתוֹכְכִי In medio tui: *Pſal.116,18. & 135,9. Iod redundat.* בְּתוֹכָתָנָה In medio earum: *Ezech. 16, 53. componitur è ſingulari & plurali.* תִּיכוֹן *Nomen Toar*, Medius: *47,16.* תִּיכוֹנָה Media: *41,7.* תִּיכוֹנוֹת *in plurali, 42,5.*

תּוּר Explorare, ſcrutari, inueſtigare, inquirere. *vt Eccleſ. 2, 3.* תַּרְתִּי Scrutatus ſum, *&c.* *Et in Benoni*, מְתָרִים Exploratores: *Numer.14,16.* (*Et cum* א *redundante*, מְאַתָּרִים *Idem: 21,2.*) *Item* תָּרִים *vocantur* Mercatores minores, *eò quòd multum ſcrutantur merces quas emunt, quia illis res eſt tenuis. Et in Hiphil, Iudic.1,22.* וַיְתִירוּ Et exploratuerunt, *id eſt*, miſerunt exploratores.

יְתוּר Exploratio, inueſtigatio: *Iob 39,5. vide* יְתֵר.

תּוֹר Diſpoſitio, forma, conditio: *1 Paral.17,17.* (*Et aliud cum* ה *feminin. & in regimine*, תּוֹרַת Diſpoſitio, cõditio, *&c. 2 Sam.7,19.* תּוֹרַת Lex. *de quo diximus in* יָרָה.) תּוֹר Turtur: *Leuit.12,6. & Pſal.74,19. vbi per* Turturem *intelligitur* Congregatio Iſraelitica. [*Item ſignificat* Tempus: *Eſth.2,12.*] תֹּרִים Turtures: *Leuit. 1,14.* תּוֹרִים *Vocantur Cant.1,11.* Gemmæ, *aut* margaritæ, coniunctæ *aut* ordinatæ ſecundum ordinem diſpoſitionis. *Q.* Lineamenta. *Al.* Genus ornamenti; *vt* Torques *&* murenulæ, *vel* Monilia. *R. Abrah.* Figuræ depictæ inſtar turturis.

תָּזַז Abſcindere, excidere. *Et in Hiphil ſemel inuenitur, Iſa.18,5.* וַיָּתֹז Abſcidit, *vel* abſcindere fecit. ת *eſt cum pathach propter ſoph paſſuc.*

תֹּתָח *Generale nomen omnium quæ iaciuntur*, Miſſile, iaculum: *Iob 41,19. Hieron. & Lxx.* Malleus. *Tharg.* Secures. *Q.* Machinæ, *quas* Bombardas *vocat. Al.* Inſtrumentum magnum, quo proiiciuntur lapides magni, ad deiiciendos muros. *alibi non inuenitur.*

תַּחַשׁ Taxus, *&* Pellis taxea. *Thargum*, שִׁשְׁגּוֹנָא, *eo quòd* שֵׁשׁ *.i.* gaudeat גַּוְנִים *.i.* coloribus multis, quos habet in pelle: *Numer.4,5. Ezech. 16, verſ.10.*

תַּחַשׁ Hircus minor: *Prouerb. 30,31. Hieron.* Aries. *In plurali*, תְּיָשִׁים Hirci: *Geneſ.30,32.*

תַּכְךְ Dolus, fraus. *vnde* תַּכְכִים Doli, fraudes: *Prouerb.29,13. Quidam deducentes à* תּוֹךְ, *exponunt*

שִׁקְעֲרוּרוֹת *Eſt à* שָׁקַע *geminata vltima litera, & eſt idem quod* שְׁחוֹרוֹת *id eſt*, Nigræ: *Leuit.14,37. Videtur compoſita à* שָׁקַע *&* שַׁעַר, *quaſi* Profundæ nigredines.

שַׁרְבִיט Virga: *Eſth.5,2. & nuſquam alibi.*

שַׁרְעַף Cogitatio. שַׁרְעַפַּי Cogitationes meæ. *vt Pſalm. 94, 19.*

שרשר *Inde fit* שַׁרְשֶׁרֶת Catena. *Et in plurali* שַׁרְשְׁרוֹת Catenæ: *Exod.28,14. & 2 Paral.3,4.*

שַׁעֲטַנֵז Veſtis contexta è lana & lino: *Leuit.19,19. Videtur nomen eſſe compoſitum à* שׁוּעַ *.i.* lene, *&* טָוָה nere, filare, *&* נוּז *.i.* torquere filum.

LITERA ת

תָּא Thalamus, cubiculum: *1 Reg.14,28.* תָּאִים *Plural. maſcul. Ezech.40,7. & verſ.10. Et ſecundum formam femineam*, תָּאוֹת, *verſ.12.*

תָּאַב Deſiderare, concupiſcere: *Pſalm. 119,40. Et* לְתַאֲבָה Deſiderando: *verſ. 20.* [*Sed in Piel*, Abominari. *vt Ham. 6, 8.* מְתָאֲבִי אָנֹכִי Abominor ego, deteſtor.]

תָּאָה Limitare, *ſeu* terminũ conſtituere. *vt Num. 34,7.* תַּתְאוּ Limitabitis, terminabitis. א *poteſt eſſe loco* ה, תְּוֵה *à* תָּוָה. תְּאוֹ Bos ſilueſtris: *Deut. 14,5. Lxx. & Hieron.* Orix, animal è caprarum genere. *Et in uerſis literis*, הוֹא *Idem: Iſaiæ 51,20.*

תָּאַם Geminare. תְּאֹמָם Geminatæ: *Exod.26,25. Et in Hiph.* מַתְאִימוֹת Geminos pariunt: *Cant. 6,5.* תּוֹמִם *&* תְּאוֹמִים Gemini, gemelli: *Geneſ.38,27. & 25,24. Et in regim.* תָּאֲמֵי *&* תְּאוֹמֵי *Cant.4,5. & 7,4.*

תְּאֵנָה *Inde fit* תְּאֵנָה Ficus arbor, *&* fructus: *Geneſ. 3,8. Plurale* תְּאֵנִים *&* תְּאֲנִי *Ierem.8,13. & Ham.4,9.*

תָּאַר Formare, diſponere, aptare, ſignare, deſcribere, figurare. *vt Ioſ.15,19. & 11.* וְתָאַר Et deſcribetur. *Tharg.* Et circuibit *.i.* deſcribetur more circini, qui circulũ facit rotundũ, & deſcribit ſignatque. *Et in Piel, Iſa. 44, 13.* יְתָאֲרֵהוּ Formabit *aut* deſcribet illud. *Et ibidem inuenitur cum camets hateph*, יְתָאֳרֵהוּ. מְתֹאָר Quæ deſcribitur, terminatur, *vel* gyrans, circuiens, *&c. Ioſ.19,13.* תֹּאַר Forma: *Gen.29,17. Et cum affixis*, תָּאֳרוֹ Forma eius: *1 Sam.28,14. Et* תָּאֳרוֹ *cum holem præter normam: Iſaiæ 52,14.*

תֵּבָה Arca: *Geneſ. 6, 14. In regimine* תֵּבַת, *ibidem. Radix poteſt eſſe* תוּב.

תֵּבֵל Orbis *.i.* terra habitabilis: *Pſal.9,9.* [*Item* Confuſio. *ſed eſt à* בָּלַל.]

תֶּבֶן *&* מֹתֶבֶן Palea: *Geneſ 24,25. & Iſa.25,10.*

תְּהָה *Inde* תֹּהוּ Deſolatio, ſolitudo: *Gen.1,2. Quidam dicit deduci à* תְּהוֹם *.i.* Vorago, abyſſus. *Al.* Admiratio, ſtupor. *Lxx.* Inuiſibilis. *ſic Iſa.24,10. & 34,11. & alibi. Hieronym.* Vanitas, nihilum, *&c. vt* לְתֹהוּ In vanum: *49, 4.* [*Item* Idola: *1 Sam.12,21.*]

תְּהוֹם *Inde fit* תְּהוֹם Vorago, abyſſus *.i.* locus aquarum multarum: *&* Ipſa aqua multa: *Geneſ.1,2. eſt femin. vt in plural. Deut.8,7.* תְּהֹמֹת. (*& Pſal.78,15. vbi .i.* רַבָּה multa, *pro* multis, *ponitur.*)

תָּוָה Signare, ſcribere, deſcribere. *Et in Hiphil*, וְהִתְוִיתָ תָּו Et ſignabis Tau (ſignum:) *Ezech.9,4. Item Pſal.78,40.* הִתְווּ Signauerunt, *id eſt*, poſuerunt in corde ſuo terminum ac ſignum, vt non tranſire poſſet illum,

mouere ſe, *ſecundum Tharg. vt Leuit.11,28. & 45. Sed Exod 1,7, eſt intranſitiuum.* וַיִּשְׁרְצוּ Et nati ſunt in multitudine, quia forſan, *vt quidam exponunt*, vxores illorum pariebant geminos, *aut* amplius, filios.

שֶׁרֶץ Reptile: *Leuit.11,28.*

שָׂרָק Sibilare: *1 Reg.9,8. & Iſa.5,26.* שְׂרֵקָה Sibilus: *Ierem.51,36.* שְׂרִיקוֹת Sibili: *Iudic.5.*

שֹׂרֵק *Inde fit* שׂוֹרֵק Vitis optima, cuius vuæ nõ habent acinos: *Iſaiæ 5,2. Hieron. & Tharg.* Vitis electa. שְׂרֵקָה *Idem: Geneſ. 49, 11.* (*Vnde Iſaiæ 19,9.* שְׂרִיקוֹת Optima, electa, *vel* multicoloria: *vel*, *vt alij exponunt*, Pectinata. *Item Zachar. 1, 8.* שְׂרֻקִּים Multicolores, varij. *Q.* Pectinati. *Al.* Electi.) *& Iſa. 16,8.* שְׂרֹקֶיהָ Vites optimas eius. *Hieron.* Flagella eius, *id eſt*, propagines, *aut* palmites.

שֹׁרֶשׁ *Inde fit* שֹׁרֶשׁ Radix: *Deut. 29, 18. & cum affix.* שָׁרְשֵׁי *&* שָׁרְשׁוֹ Radix eius: *Iob 14, 8. in plurali. Et verbum in Poel*, שֵׁרֵשׁ Radicare, radices agere: *Iſa.40,24. Idem in Hiphil*, הִשְׁרִישׁ *Iob 5,3. & Iſa. 27,6. &c. Sed in Piel*, שֵׁרֵשׁ Eradicare: *Pſal.52,7. Item in Hophal*, וְשֹׁרָשׁוּ Eradicabuntur: *Iob 31,8.*

שָׂרַת Miniſtrare, *in Piel: Numer.8,28. &c.* מְשָׁרֵת Miniſter. *&* מְשָׁרְתִים Miniſtri.

שִׂרְתָּה Miniſterium: *Num.4,11. & 2 Paral.24,14.*

שֵׂרֵת *Inde fit* מְשֵׂרָה Sartago: *2 Sam.13,9.*

שֵׁת Nates. *Habes in radice* שׁוּת.

שָׁתָה *Inde* שָׁתוּ Poſuerunt, *quære in* שׁוּת.

שְׁתֵה Bibere: *Exod.34,24. & 2 Sam.1. &c. Futurum interdum eſt defectiuum: vt Geneſ. 9, 21.* וַיִּשְׁתְּ Et bibit. *ſic Leuit.10,8. &c. Et in Niphal: 11,33.* יִשָּׁתֶה Bibetur. מִשְׁתֶּה Potus: *Ezr.3,7.* Conuiuium: *Geneſ.19,3. & alibi ſæpè. Et at plurale Daniel.1, 8. & verſ.10.* שְׁתִי Potatio: *Eccleſ.10,17.* שְׁתִיָּה Potus: *Eſth. 1,8.* שְׁתִי Stamen: *Leuit.13,48. & verſ.51. & 52. &c.* שְׁתוּתֵיהֶן *Quære ſuprà in radice* שׁוּת.

שָׁתַל Plantare: *Ezech.17,23. Et nomen, Pſal.128, verſ.3.* כִּשְׁתִלֵי Sicut plantationes.

שָׁתַם *Quære in radice* סתם.

שָׁתַן *Et in Hiphil*, הִשְׁתִּין Mingere: *1 Sam.25,22. & verſ.34.*

שָׁתַק Silere, tacere, *in Cal: Prouerb.26,20. &* 3. שָׁתַר *Idem quod* סתר. *ibi require.*

DICTIONES QVADRATAE.

שִׁגְשֵׁג *Quære in radice* שגה.

שַׁלְהֶבֶת Flamma: *Iob 15,30. & Ezech.20,47.* שַׁלְהֶבְיָה Flamma vehementiſſima: *Cant.8,6. eſt dictio compoſita cum diuino nomine, augendæ rei gratia, inquit R. Dauid.*

שִׁנְאָן Angelus: *Pſalm.68,17. vbi dicitur*, Millia angelorum. *Vel, vt alij exponunt*, Millia duplicata, *à* שָׁנָה.

שְׁנְהַבִּים Dentes elephantorum: *1 Reg.10,22.*

שִׂעְשַׁע *In Piel*, Ludere, lætari: *Iſa.11,8. & Pſalm. 119,70. vbi deficit* ב *in* חוֹתִי. *ac ſi d.* In lege tua. *ſed 94, 19.* שִׁעֲשְׁעוּ Lætificabunt (animam, *&c.*) שׁ *&* ע *ſunt cum pathach. Et in Pual, Iſa.66,12.* תְּשֻׁעָשָׁעוּ Lætificabimini, riſu luſuque afficiemini.

Et in Hithpael, אֶשְׁתַּעֲשַׁע Lætabor: *Pſalm.119,16.* שַׁעֲשׁוּעִים Lætitiæ, luſus, delectatio: *Prouer.8,30. & Ierem.31,20.* שַׁעֲשֻׁעַי Lætitiæ meæ: *Pſal.119,24.*

Universidad de Deusto Biblioteca

quod. *vel sic,* Labium *.f.* populi, *&c.*) שִׂפְתֵיכֶם & שְׂפָתַי & שְׂפָתוֹת Labia.

שפח *Inde fit* שִׁפְחָה Ancilla: *Genes.16,1.&c.* שְׁפָחוֹת & שִׁפְחוֹת Ancillæ, *in plurali.* מִשְׁפָּחָה Familia, gens: *Esther 9,27. & in regimine,* מִשְׁפַּחַת *Zach.12,12. & cum affix.* מִשְׁפַּחְתּוֹ Familia eius. *Et in plurali,* מִשְׁפָּחוֹת & מִשְׁפְּחוֹת.

שפח *Quære in radice* ספח.

שפט Iudicare: *Iudic.16,31.&c. Et in Benoni,* שׁוֹפֵט Iudicans, iudex: *Isa.3,2.& Ierem.11,20.* (*Futurum semel cum surec vice holem,* יִשְׁפּוּטוּ Iudicabunt: *Exod.18,22.*) *Et in Niphal* נִשְׁפַּט Diiudicari, diiudicare, stare ad iudicium, egredi ad iudicium. *& plerumque construitur cum* אֵת *loco* עִם *.i.* cum: *Ier.2,35. & Prouer.29,9. Et in Poel,* שׁוֹפֵט Iudicare: *Iudic.4,4. & Iob 19,15.* מִשְׁפָּט Iudicium: *Genes.18,25.* Lex, statutum, præceptum, mos: *Deut.18,3.* Dispositio: *2 Regum 1,7.* (*& Psal.112,5.* בְּמִשְׁפָּט In mensura, secundũ legem & normam. *Vel,* in iudicio *.i.* discretè. *sic Ier.10,24.&c. Et Ios.6,14.* כַּמִּשְׁפָּט הַזֶּה Secundũ modum hunc.) *Et in plural.* מִשְׁפְּטֵי & מִשְׁפָּטִים Iudicia, consuetudines, leges. *Item* שְׁפוֹט Iudicium: *2 Paralip.20,9. cuius plurale cum surec,* שְׁפוּטִים *&c. Ezech.23, vers.10.*
Et aliud ab alia forma, שְׁפָטִים *Exod.12,12.*

שפך Fundere, effundere: *Leuit.17,4. &c. Et in Niphal & Pual,* Effundi: *Thren.2,11. & Num.33,33. Et in Hithp.* הִשְׁתַּפֵּךְ *Thren.2,12.* שֶׁפֶךְ Effusio: *Leuit.4,12. vbi dicitur,* Ad effusionem cineris *.i.* locum vbi effunditur cinis. שָׁפְכָה Testiculus, veretrum: *vel* Neruus, qui vrinam effundit: *Deut.23,1.*

שפל *siue* שָׁפֵל Humiliari, humilem esse, humiliare se: *Isa. 2,11. vbi verbum singulare construitur cum nomine plurali, vt sæpè fit, &c. Et in Hiphil,* הִשְׁפִּיל Humiliare, *aut* humiliare facere: *Isaiæ 25, vers.12.*
Et Benoni, הַמַּשְׁפִּילִי Qui humiliat, *cum Iod redundante: vel est nomen Toar,* Humiliator: *Psal.113,6. Quidam dicunt esse intransitiuum,* Qui humiliatur, *vel* humiliat se. *vt Isa.57,9. Ierem.13,18. & alibi.* הַשְׁפִּיל Humilia, *pro* Humiliabo, *ponitur Ezech.21,26. secundum R. Dauid & Thargum.* שָׁפָל & שְׁפַל Humilis: *2 Sam.6,22.*
Et cum ה *redundante,* הַשְׁפָּלָה *Ezechiel.26,21.*
שְׁפַל רוּחַ Humilis spiritu: *Isa.57,15. Et plural.* שְׁפָלִים. שְׁפָלָה *Feminin. & in regimine* שִׁפְלַת Humilis: *Ezech.17. & 29.* שֵׁפֶל & שִׁפְלָה שִׁפְלוּת Humilitas, paupertas: *Eccles.10,6. & vers.18. & Isa.32,19. Et cum affix.* שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ Quia in humilitate nostra: *Psalm.136,23.*
Et aliud, Eccles.12,4. בִּשְׁפַל In humilitate. *quod potest etiam esse Macor, vt illud Prouer.16,19. exponitur* שְׁפַל רוּחַ Humiliari spiritu. שְׁפֵלָה Campestre, humilis locus: *Deut.1,7. & Ios.11,16. cum* ה *affixo loco Vaf.*

שפם Pilus supra labium, pilus labij: *Leuitic.13,45. & cum affixo, Mich.3,7.* שְׂפָמוֹ Pilum suum, qui est super labium.

שפן Cuniculus: *Leuit.11,5.* שְׁפַנִּים Cuniculi: *Prouerb.30,26.* [וּשְׂפֻנֵי Et tectos. *quære in* סָפַן.]

שפע *Inde* שֶׁפַע Multitudo, abundantia: *Deut.33,19. Hieronym.* Inundatio. *Et secundum aliam formam, 2 Reg.9,17.* אֶת־שִׁפְעַת Globum, multitudinem (Iehu.) *sic Isa.60,6.&c.*

שפק Sufficere, plaudere. *vt 1 Reg.20,10.* Si יִשְׂפֹּק sufficerit. *Reliqua quære in* ספק.

שפר Pulchrescere, pulchrum *aut* decorum esse: *Psal.16,6. Et in Piel, Iob 26,13.* בְּרוּחוֹ שָׁמַיִם שִׁפְרָה Spiritu suo cælos ornauit. *Hieron.* Spiritus eius ornauit cælos. *Nam R. D. dicit* ב *redundare, vel* ה *in* שִׁפְרָה. *Vel est quatuor literarum. Alij exponunt,* Cælos tetendit sicut tabernaculum: (*iuxta illud Ierem.43,10.* שַׁפְרִירוֹ Tabernaculum suum.) *& sic* ה *est loco literæ geminandæ* ר. שֶׁפֶר *& cum accentu regio* שָׁפֶר Pulchritudo: *Genes.49,20.* שׁוֹפָר Buccina, tuba cornea: *Exod.19,16. &* שׁוֹפָרוֹת *in plurali, Iudic.7.* אֶשְׁפָּר Frustum carnis *.f.* pulchrum: *2 Sam.6,19.*

שפת Ordinare, disponere: *2 Reg.4,38. Ezech.24,3. &c. Et nomen, 40,43.* וְהַשְׁפַתַּיִם טֹפַח אֶחָד Et vncini (*scilicet* ferrei ad suspendendam carnem) topach vnius, *id est,* mensuræ vnius quatuor digitorum. *R. D. exponit* Chytropodes *.i.* sustentacula ollarum. *vel sunt* loca, *inquit,* in quibus ponuntur duæ ollæ. *Vt etiam exponit illud Psalm.68,14.* Inter chytropodes *.i.* in loco humili & nigro, sicut locus chytropodũ, *&c.* מִשְׁפְּתַיִם Duo termini: *Gen.49,14. Q.* Acies. *Al.* Duæ sarcinæ, quæ imponuntur asino ad ferendum, vna hinc, altera inde. *ac si d.* Asinus adeò fortis, vt cubet inter duas sarcinas, & surgat cum illis.

שצף Modicum, parum, momentum: *Isa.54,8. vbi Tharg.* In hora parua. *alibi non inuenitur.*

שק Saccus, *in omni ferè lingua: Genes.37,34. Quædam inueniuntur cum camets.* שַׂקּוֹ Saccus eius. שַׂקִּים Sacci, *in plurali.*

שקק Iugiter ambulare, discurrere. *vt Ioel.2,9.* יָשֹׁקּוּ Discurrent. *Q.* Tumultum facient, audire facient sonitum *aut* vocem, rugient. *sic Isa.33,4.* כְּמַשַּׁק גֵּבִים שֹׁקֵק בּוֹ Secundum discursum, *vel* ambulationem locustarũ, discurrens *vel* ambulans per eum. *Q.* Sicut sonitus, *vel* rugitus aquarum congregatarum, quæ descendunt in foueas cum rugitu *vel* sonitu magno: sic rugient venientes ad spoliandum: (*iuxta illud Prou.28,15.* שׁוֹקֵק Rugiens.) *Al.* Secundum congregationem locustarum congregans in eo.
Item in Hithpael, Nah.2,4. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן Congregabuntur in plateis. *Q.* Festinanter ambulabunt, discurrent. *Al.* Personabunt, tumultum facient. *Vide* שוק.

שקד Vigilare, durare, perdurare, persistere, perseuerare, operam dare, sollicitum esse: *vt Ierem.31,28.&c. Et secundum quosdam interdũ* Festinare. *vt 1,12. & alibi.* [*Sed in Piel, Exod.25,33.* מְשֻׁקָּדִים; Sculpti instar amygdalarum. *Et per translationem,* שָׁקֵד Membrum generationis, *vel* os femoris: *Eccl.12,5.* שְׁקֵדִים Amygdalæ: *Num.17,8. & Gen.43,11.*]

שקד *Cum puncto in sinistro cornu* שׂ, Ligare, coniungere. *In Niphal, Thren.1,14.* נִשְׂקַד Ligatum est, coniunctum est, adhæsit. *Q.* Tractum est, acceleratum est. *Al.* Punctum est. *à pungo, is.*

שקה Propinare, potum dare, irrigare, *in Hiphil: Genes.2,6.&c.* (*Inuenitur & futurum defectiuum,* וַיַּשְׁקְ Et potum dedit, *&c. Genes.29.*) מַשְׁקֶה Pincerna, pocillator: *Psalm.104, vers.13.* מַשְׁקֵהוּ Pincerna eius. מַשְׁקִים Pincernæ: *Genes.40. Item* Potus, poculum: *Leuit.11,33.* Pocillatio, functio pocillationis: *Genes.40,21.* [*Sed illud Ezech.45,15. exponitur,* מִמַּשְׁקֵה E pingui, *pro* pinguibus. *& iuxta hunc sensum est verbum in Pual, Iob 21,24.* יְשֻׁקֶּה Impinguabitur. *Al.* Irrigabitur.] שֹׁקֶת Canalis, locus in quo propinatur pecudibus & iumentis: *Genes.24,20.*

Et plurale secundum aliam formam, 30,36. בְּשִׁקֲתוֹת In canalibus. שִׁקּוּי Irrigatio, pinguedo: *Prou.3,7.* שִׁקּוּיַי Potus mei: *Hos.2,5. Et plurale, Psalm.102,10.* שִׁקּוּיַי Potus meos.

שקט Quiescere, requiescere: *Ierem.30,10.&c. Idem in Hiph.* הַשְׁקֵט Quiescere, *aut* requies: *Isa.32,17. sic 30,15. 57,20. & Iob 37,17.&c. Sed transitiuè, Psalm.94,13.* לְהַשְׁקִיט לוֹ Vt requiescere facias eum. *sic etiam Prouerb.15,17. & Iob 34,29.* שֶׁקֶט Quies, requies: *1 Paral.22,9.*

שקל Librare, ponderare, appendere: *2 Sam.14,26. Et in Niphal,* נִשְׁקַל Appensum est: *Ezr.8,33. &c. Iob 28,15.* שֶׁקֶל Sechel, Seclus, nomen monetæ & nummi argentei *aut* aurei: *Genes.23,15. quanti verò valeat, scribitur Ezech.45,11.* Seclus viginti obolorum est. *sed* Seclus sanctuarij erat 40. obolorum. שְׁקָלִים & שִׁקְלֵי Secli, *in plurali.* מִשְׁקָל Pondus: *Ezech.5,1. & 1 Reg.10,14.&c.* מִשְׁקֹלֶת Mensura: *2 Reg.21,13. sic Isa.28,17.* מִשְׁקָלֶת.

שקם *Inde* שִׁקְמָה Sycomorus. *Et plurale,* וְשִׁקְמוֹתָם Et sycomoros eorum: *Psal.78,46.* שִׁקְמִים *Plurale masc.* Sycomori arbores: *Isa.9,10.* Sycomora, fructus: *Hamos 7,14.*

שקע Profundum esse, in profundum mitti, demergi, submergi: *Hamos 9,5.* (*sic 8,8.* וְנִשְׁקָה *ponitur pro* וְנִשְׁקְעָה Et profundum erit, demergetur. *vel aliter,* Irrigabitur *.i.* efficietur tota aqua.) *Et in Hiph. Ezech.32,14.* אַשְׁקִיעַ Mergere faciam, *vel* in profundum descendere faciam. *sic Iob 40,20.* תַּשְׁקִיעַ לְשׁוֹנוֹ Demerges linguam eius. *vel est hypallage .i.* Et funem demerges in lingua eius. מִשְׁקַע Profunditas: *Ezech.34,18.*

שקף *In Niphal & Hiphil,* נִשְׁקַף & הִשְׁקִיף Aspicere, prospicere: *Psal.85,12. & 14,2. & Prou.7,6. &c. Hinc & illud 1 Reg.6,4.* חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים Fenestras intrinsecus apertas, & extrinsecus clausas *.i.* angustas. *& 7,4.* וּשְׁקֻפִים Et fenestrarum, *vel* fenestris, (erant tres ordines.) *Tharg.* Et vectium tres ordines. *Q.* Tobularum instar מַשְׁקוֹף *.i.* superliminaris, *&c.* מַשְׁקוֹף Superliminare, limen superius, quod est super duos postes, *eò quòd aspiciat iugiter, vel quòd ostiũ illud percutiat, à* שָׁקַף *.i.* Percutere, *apud Chaldæos. Vel est* (*secundum R. Salom.*) Fenestra supra ostium, per quam aspicitur quis ostium pulset: *Exod.12.* שֶׁקֶף *& cum athnach,* שָׁקֶף Superliminare, *vel* fenestella supra ostium: *1 Reg.7,5.*

שקץ Abominari, *in Piel: Psal.22,24.&c.* שֶׁקֶץ & שִׁקֻּץ Abominatio: *Leuit.11,10. & 1 Reg.11,5.&c.* שִׁקּוּצִים *et* שִׁקּוּצֵי *In plur.* Abominationes.

שקר Mentiri, præuaricari. *In Cal & Piel, Genes.21,23. & Psalm.44,19.* שֶׁקֶר Mendacium, falsitas: Gratis, frustra: *Exod.5,9. Psalm.39, vers.19.* שְׁקָרִים & שִׁקְרֵי Mendacia: *101,7. Ierem.23,32.*

שקר Innuere, annuere. *In Benoni Piel,* מְשַׂקְּרוֹת Innuentes oculis: *Isa.3,16.*

שרר *Inde* שֹׁרֶר & שֹׁר Vmbilicus. *vt Cant.7,3.* שָׁרְרֵךְ Vmbilicus tuus. *sed Prou.3,7.* לְשָׁרֶּךָ Vmbilico tuo. *cum Resch daghessato, ob defectum alterius* ר. *sic Ezech.16,4. Et aliud, Iob 40,11.* בִּשְׁרִירֵי בִטְנוֹ In vmbilico ventris eius. שְׁרִירוּת Aspectus, cogitatio, *vel* fortitudo, duritia: *Ier.3,17. & Psal.81,2.* שָׁרִיר *Apud Doctores Hebræos vocatur* Durum & obstinatum.

שרר *Quæ significant* Principatum habere, *aut* principem, *quære in* שור. *Huc illud Esth.1,22. refertur* שֹׂרֵר Dominans. *Et in Hithpael, Num.16,13.* תִּשְׂתָּרֵר Domineris (nobis etiam) הִשְׂתָּרֵר Dominando *.i.* vt nõ modò tu, verùm etiam & frater tuus nobis dominetur. *Quæ verò significant* Serrare, *quære in* נָשַׂר.

שרב Calor, æstus: *Isaiæ 49,10. Item* Locus deserti, ab æstu *sic nominatus: 35,7.*

שרג *Inde* שָׂרִיג Ramus: *Genes.40,10. & vers.11. idque in plurali* שָׂרִיגִים. *Inde verbum in Hithpael Thren.1,14.* יִשְׂתָּרְגוּ Inuoluentur, perplexæ erunt, intricatæ erunt instar retis. *verbum frequens in Thargum.*
Et in Pual, Iob 40,12. יְשֹׂרָגוּ Perplexi, *vel* intricati erunt (*pro* sunt.) Inuoluentur, *&c.*

שרד Superstitem esse, remanere: *Iosuæ 10,20.* שָׂרִיד Superstes, residuus, reliquus: *Num.21,36. & plurale,* שְׂרִידִים *Ioel.3,5. & Hobad. vers.14.*
שֶׂרֶד Filũ phœniciũ, quo signant fabri lignarij ligna incidenda. *Hieron.* Runcina: *Isa.44,13.* שְׂרָד Ministerium, opus: *Exod.31,10. vbi R.D. exponit* Vestes ministerij *.i.* Vestes *aut* pannos ad operiendum altare, mensam, *&c. R. Sal.* Vestes instar קְלָעִים cortinarum, *aut* velaminum. *nam* קְלָעִים *vocantur in Tharg.* סְרָדִים.

שרה *Ex hac radice quidam dicunt esse illud Ier.15,20.* Nisi שֵׁרִיתִךָ reliquiæ tuæ in bonum. *de quo plura vide in* שָׁאַר. *Item illud Iob 37,3.* יִשְׁרֵהוּ Remanere faciet *.f.* colligantiam nubium. (*Q.* Directio eius, *pro* יָשְׁרוֹ, *à* יָשַׁר.) *Al.* Humefaciet eam *.f.* nubem, vt descẽdat pluuia. *iuxta illud Num.6,3.* מִשְׁרַת Madefactionem (vuarum *.i.* madefactum, *siue* humectatũ vuis) *id est,* Omne quod dissoluitur & liquefit: *vel* exprimitur, *vt habet Hieron. Q.* Potum coctum.
שִׁרְיָן & שִׁרְיוֹן Lorica, thorax: *1 Sam.17,38. 1 Reg.22,33. Et cum* ה, *Iob 41,17.* שִׁרְיָה Lorica, *vel* collare ferreum, (*scilicet,* non stabunt.) שִׁרְיֹנִים & שִׁרְיוֹנוֹת Loricæ, *in plurali. Et* סִרְיוֹנוֹת *cum* ס *inuenitur Ierem.46,4.*

שרה Principatum habere, dominari: *Hoseæ 12,4. quære in* שור. מִשְׂרָה Principatus, dominium: *Isaiæ 9,7.*

שרט Incidere: *Leuit.21,5. Et in Niph. Zach.12,3.* שֶׂרֶט & שָׂרֶטֶת Incisio, incisura: *Leuit.19,28. & 21, vers.5.*

שרך *Inde fit* שְׂרוֹךְ Corrigia: *Gen.14,23. Et Benoni in Piel,* מְשָׂרֶכֶת Capiens vias suas, vt calceus corrigiam: *Ierem.2,23. Vel,* Circuiens quemadmodũ ligatur corrigia in circuitu calcei. *Hieron.* Explicans. *R. Salomoh,* Tenet, *&c.*

שרע Excrescere, superfluere. *vnde fit* שָׂרוּעַ Habens membrũ aliquod nimis mõstruosum *aut* excrescẽs: Mõstruosus: *Leu.21,18. Et in Hithp. Isa.28,20.* Angustũ est, *vel* breue est stratũ מֵהִשְׂתָּרֵעַ ne superfluat, *vel* vt nõ supersit *.i.* vt non possint se extendere in illo.

שרף Vrere, comburere, incendere, succendere: *Leuit.8,17.&c. Et in Niph. & Pual,* Comburi, *&c. 4,12. & 10,15. licet* שָׂרַף *possit etiam esse Toar,* Combustus. שְׂרֵפָה Comburens: *Deut.29,23.* Combustio, exustio, incendiũ: *Leu.10,6.&c.* מִשְׂרְפוֹת Cõbustiones: *Isa.33,12. & Ios.11,8. Appellatur sic* locus, *eò quòd* aquæ illic ebullientes erant calidæ.
שָׂרָף Serpens ignitus: *Num.21, vers.9. Et in plurali,* שְׂרָפִים *versu 7. Item dicuntur* Seraphim: *Isaiæ 6,2.*

שרץ Gignere, & producere in multitudine, *inquit R.D. Psal.105,30. Exod.8,3. &* Repere, mouere

Universidad de Deusto Biblioteca

שען *In Niphal* נִשְׁעַן Inniti, hærere, coniungi: *2 Samuel.1,6.* & *2 Reg.5,18. vbi* ל *in* לַמֶּלֶךְ *redundat.* מִשְׁעָן Baculus, *sic appellatus, quòd illi homo innitatur:* sustentaculum, fulcimentum: *2 Samuel.22,17.* מַשְׁעֵנָה מִשְׁעָן & מִשְׁעֶנֶת *Idem: Isaiæ 3,1. 2 Regum 18,21. Et cum affix.* מִשְׁעַנְתִּי Baculus meus. מִשְׁעֲנֹת *in plurali.*

שעף *Inde* שְׂעִיף Ramus, cogitatio. *vide in* סָעַף.

שער *vel* שָׁעַר Cogitare, existimare: *Prouerb.23,7.* שַׁעַר Mensura. שְׁעָרִים Mensuræ, modij: *Gen.26,12. Q.* Centuplum. *Quidam huc referunt illud Hos.6,11.* Vidi שַׁעֲרוּרִיָּה, *ac si d.* Illud quod existimaui. *Alij exponunt*, Turpitudinem, sordes. שַׁעֲרוּרָה Turpitudo, res turpis: *Ier.5,30. Et 18,13.* שַׁעֲרֻרִית *Idem. vel* Turpiter. *Et nomen Toar,* שֹׁעָרִים Turpes, fœdæ, sordidæ: *29,17.* שַׁעַר Porta: *Gen.22,17. &c. Et cum* ה *locali,* שַׁעְרָה Ad portam: *Deuteron.22,15. & Isa.28,10.* שַׁעֲרַיִם Duæ portæ: *1 Sam.17,52. Et plural.* שְׁעָרִים & שַׁעֲרֵי, *Ps.24,8. & 87,3. Inde fit Benoni Cal, quod pro nomine Toar ponitur;* שׁוֹעֵר Ianitor, portarius: *1 Regum 7,10. Et plurale,* שֹׁעֲרִים & שֹׁעֲרֵי *1 Paral.9,18. & 2 Par.23,5.*

